CAUTELARUM CRIMINALIUM SYLLOGE PRACTICA.

Consiliarijs, Maleficiorum judicibus, Advocatis, Inquisitoribus & Actuarijs lectu utilissima & pernecessaria,

Singulari studio ac labore adornata, ac in quinq; distinctos, quos versa pagina indicabit, titulos speciatim tributa.

AUTORE
IUSTO Oldekop/ I. V. D.
& Advocato Hildeshemensi.

BRUNSVIGÆ.
Typis & sumptibus Gruberianis.

M DC XXXIII.

TITULUS I.
De Iudice, Advocato & Procuratore.
TITULUS II.
De Inquisitione & Accusatione.
TITULUS III.
De Captura & Carcere.
TITULUS IV.
De Indicijs, Tortura & Confessione.
TITULUS V.
De Pœnarum executione & gratiâ delicti.

Magnificis Amplissimis, Consultissimis Prudentissimisq; viris,

Dn. LAURENTIO Müllern / I.V.D.
Dn. HENRICO Köhlern.
Dn. CHRISTOPHORO Gerdes / I.V.D.
Dn. HENRICO Wedenhoff.
Consulibus.

Dn. HIERONYMO Schabbeln / I.V.D.
Dn. OTHONI Tancken / I.V.D.
Dn. BENEDICTO Winckelern / I.V.D.
Syndicis.

Reliquisq; Senatoribus omnibus inclytæ & liberæ S. Romani Imperij Vrbis & Reipublicæ.

LUBECENSIS

Dominis ac fautoribus suis plurimùm honorandis.

Mirabitur forte quispiam, Viri Magnifici, Amplissimi Consultissi-

ſultiſſimi ac prudentiſſimi, me ex medijs turbis, maximis belli calamitatibus, varijsque afflictionibus, dum ubique arma, momenta legum & Juſtitiæ ſilere facientia, tractantur, hanc meam opellam emittere. Verum hæc temporum iniquitas, inprimis multorum ad quæſtionem injuſta abreptio, & conſequenter ipſæ belli calamitates in cauſa ſunt, cur ego tenuem calamum admoverim. Quis namque in dubium vocaverit, has eſſe iræ Dei ardentiſſimæ juxta ac juſtiſſimæ, peccatis noſtris accenſæ, atque à multis annis magis magisque incitatæ, flam-

mas voracissimas? Quorum maximum, fermè est Sacrosanctæ Justitiæ, præsertim in caussis sanguinis, contemptus & vilipendium. Parvi, proh dolor, hac rerum tabe fieri judicia criminalia, palam est, usque adeo, ut ijs sæpenumero, non docti, periti, justi ac honestæ probatæque vitæ viri, prout sublimitas eorum expostulat & gravitas, sed simplices & imperiti, sordidi ac avari, libidinosi, Crudeles, vel effœminatè misericordes, & varijs affectuum generibus dediti præficiantur. Vndè aliud evenire nequit, quàm ut sæpe noxij liberentur,

innocentes, præſertim per vim tormentorum falſa confeſſi, ſupplicio afficiantur. Vnde porro divini numinis læſio, ejuſque ira infenſiſſima: Quam tandem inevitabiliter ſequuntur tot regionum devaſtationes regnorum translationes, Rerumpublicarum ruinæ & interitus. Vt itaque ſublata cauſa tollatur effectus ſincera pœnitudine ducti, non lacrymis & precibus ſolum, ſed pravorum emendatione, & recta collocatione talenti, in hac mortalitate cuivis concrediti, Deum reddemus placatum: Et ceſſabunt tandem illi iræ divinæ horribiles

& miſerabiles effectus. Quod ipſum ut & ego pro viribus anniterer, haſce cautelas, cum inſertis juribus criminalibus præcipuè notabilibus, comportavi, non ut ſint decipulæ, veluti hoc nomine cautelæ, propter malitiam abutentium, ſæpe ignominiosè audiunt [ſic enim non ſedare iram Dei, ſed incitare potius juvero] Sed ut inquiſiti vel accuſati â malitiâ, ruditate & inſcitiâ nonnullorum, noſtræ tempeſtatis judicum, ſuæ innocentiæ; Contra, ut judices â decipulis fucoſisq; adumbrationibus quorundam Cauſidicorum ſibi caveant, & benè conſulant,

ac inter Rempublicam & ſanguinem hominis non iniquè judicetur. Cum autem moris ſit, ut qui ſtudia ſua in publicum exhibent, ea fautoribus offerant, huic inſiſtere libuit. Quapropter hanc meæ tenuitatis operam vobis, ceu Clariſſimis & peritiſſimis Iuſtitiæ cultoribus, dedico, conſecro, veſtroque, ut & cujusvis dextri, judicio lubens ſubijcio, admodum rogans, ut eam, tanquam obſervantiæ teſtimonium, benevolè excipiatis, & mihi faveatis. Faxit Deus Optim. Max. ut quo hactenus S. S. Iuſtitiæ munimine Rempublicam veſtram ſartam te-

ctamq; conservastis, eam & inposterum inter tot fluctus & procellas conservetis incolumē atq; subditos vestros gubernetis feliciter: Valete Dabam Hildesiæ 14. Kal. Iunij Anno 1632.

VV. MM. & AA.

Officiosissimus

Justus Oldekop/
J. U. D.

In Cautelas Criminales

Clariss.mi & Consultiss.mi Viri

Dn. JUSTI Oldekop/ J. V.D.

per Anagrammata.

VT vi ingenI POL DOCTUS ES,
Civile sic POL JUS benè
Et criminale TV DOCES;
Cautelæ id ordine optimo
Positæ, stylo & tersissimo
Scriptæ, ac ad æqui regulam
Iurisq; normam candidè
Factæ, vel inventæ recens,
Examinatæ vel novè,
Testantur, Actori, REO,
Et Advocato & Iudici
Quibus caves dexterrimè.
Hinc DVCET hoc IUS te ad POLOS,
Inter locans te sidera,
O TV POLIS eris DECVS!
O POL eris TVIS DECVS!

Ioannis Mejerus Hildes.
I. V. D.

Errata propterea anteposita, ut anteperlectionem omnino corrigantur.

prior numerus pag. posterior lin. significat.

78. 27. *pro num, pone dum.* 80. 26. *pro debeat debet.* 88. 20. *pro sed, si.* 192. 6. *pro paratio, par ratio.* 192. 10. *posterius ut deleatur.* 205. 4 *pro delatoriis, delato iis.* 252. 22. *pro numero 2, ponatur* 12. *pag.* 55. 26. *pro emaneat, emanet.* 77. 20. *expungatur & 93.* 7. *pro &, ut.* 115. 3. *pro notificatis, notificantis, & dele factis.* 118. 17 *pro ut, quod.* 134. *lin. fin. pro Marcta, Marta.* 139. 24. *pro pralaxandus, relaxandus.* 143. 8. *deleantur duo puncta.* 143. 25. *pro nullus, ullus.* 145-10. *pro iri, in, & dele comma* 146. 9. *pro illum, ipsum.* 155. *lin fin. ponatur punctum cum commate post verbum structa.* 156. 9. *pro fraudulento fraudulenta.* 162. 17. *pro potest, potes.* 164. 22. *pro fr, si.* 176 26. *pro &, ut. p.* 260. *lin.* 7 *pro visi nisi.* 270. 8. *pro est, & p.* 271. 14. *dele vis. ibid. lin.* 16. *pro subiscerat, subiecerat* 278. 21. *pro interrogatus, interrogatur. ibid. lin. pen. pro procationes probationes.* 282. 14. *pro & ex.* 289. 13. *pro famo, fama.* 290. 6. *pro status, statur ibid. lin.* 8. *pro pie valet, prævalet.* 291. 1. *pro famam fama.* 292. 8. *pro & ei.* 293. 13. *pro judicet, indicet.* 296 14. *pro tanda, notanda.* 297. 17 *pro reum, rerum.* 299. *in init. cautela, pro reus, res.* 301. 19. *pro commiscuntur, comminiscuntur.* 304. 14. *pro culpasè, culposè;* 310 6. *pro ob, obvi. pag.* 315. *lin,* 13. *deest, verbosè monere. Alia quoq; est.* 325, 21. *pro ultimis, ultimi.* 328. *lin. fin. pro VVesenb, Gomez.* 336 *lin. fin. pro donec, donet.*

TITV-

1

TITULUS PRIMUS.

DE JUDICE, ADVOCATO ET PROCURATORE.

Cautela I.

Pro Principe vel Magistratibus judices maleficiorum Constituentibus.

SUMMARIA.

1. Merum imperium in antiqua Repub. Romana semper resedit penes summam potestatem seu Majestatem.
2. Merum imperium Germaniæ Principibus cōpetit jure superioritatis hæreditario.
3. Vnde jura territorialia, die Landes Obrigkeit/ sonderbahre Hoheit/etc.
4. Merum imperium ita viluit, ut vix umbra antiquitatis hodie supersit, & quare.
5. Dignitate conspicui sibi dedecori ducunt judicio publico præsidere.
6. Cum tamen illud honori vel nobilitati nihil detrahat, sed eam adaugeat.
7. Hodie præficiuntur judiciis criminalibus plerumq; idiotæ & imperitissimi.
8. Vnde duo vulnera Reipub. inferuntur, & quæ.
9. Judiciis criminalibus præfici debent viri sani judicii, religiosi, prudentes, integræ opinionis, &c.

10. Judex vel Assessor propter negligentiam vel imperitiam tenetur.
11. Vt & illi, qui horum operâ sunt usi,
12. Ad obeunda ministeria malo viro non utendum.
13. Ejus culpa utenti imputatur.
14. Principiâ vitiorum contagine non tantum abstinendum, sed etiam officialium culpa est præstanda.
15. Quanta irrepserit nostro tempore jurium & constitutionis criminalis negligentia.
16. Constitutio Imp. Criminalis, rerum magis pondere, quam verborum disceptatione constat & est brevissima.
17. Propter nullitates, etiam sontes rei liberari possunt.
18. Constitutiones crimin. Iudex in judicio debet ad manus habere.

(1) Merum imperium sive potestatem cognoscendi & animadvertendi in facinorosos, tanti in antiqua Repub. Romana, habitam fuisse, ut nunquam jure magistratus in quenquam translata sit, sed penes summam potestatem seu Majestatem in solidum semper resederit, *testatur Livius, & videre est in l. 2. ff. d. orig. jur.* §. 14. *16. 18. & 23.* Initio Reipub. Romanæ Reges causarum capitalium cognitiones exercuerunt: Ejectis illis, Consules: Postea lege â Publicola lata, ne cui in caput civis Romani injussu Populi animadvertendi jus

esset,

esset, Populus Romanus, qui ad hoc, quoties postulabat necessitas, Quæstores constituebat, qui appellabantur Quæstores Parricidij. Tandem jus pœnas irrogandi & delicta publica coercendi competiit Dictatoribus, quos penes erat summa & regia potestas. (2) Translato deinde ad Germanos Imperio, ipsa regalia communicari, ac Germaniæ Principibus, non jure magistratus, sed jure superioritatis, perpetuo ac hæreditario, cum nomine ac dignitate Ducum, Marchionum, Comitum &c. concedi cœperunt: (3) Unde jura, quæ dicuntur territorialia, die Lands Obrigkeit / sonderbahre Hoheit / und Oberbottmessigkeit: Quod quidam in disputatione pro honoribus habita, latius discussit. Postea ad liberas, immediatas & alias Imperii civitates potestas gladii devenit, qua nunc temporis quoq; notoriè utuntur. Conferantur autem priora secula cum hisce nostris temporibus, (4) & palam erit, quomodo, pro dolor, celsitudo judiciorum criminalium viluerit & defecerit, in tantum, ut vix umbra antiquitatis hodie supersit. Quod vero propterea non dixerim, ac si Comites, Barones, Civitates, ut sibi merum Imperi-

um usurpent, sint indigni censendi: minime gentium: Sed ex hac ratione: Quia (5) hodie, qui honorum titulis præfulgent, nobilitate & dignitate sunt conspicui, sibi dedecori ducunt, judicio publico præesse, vel ut ipsi causas criminales determinent ac sententias ferant: De quo videre est. *Constit. Crim. art. 1.* Vnd dieweil sich eine zeithero an etzlichen orten etzliche vom Adel vnd andere / denen solch Gericht eigener Person Amptshalben / vnd sonsten zu besitzen gebühret / sich bey solchen Gerichten zusitzen geweigert / vnd jhres Standes halben gescheucht / dadurch dann das Vbel mehrmahls ist vngestrafft blieben: (6) Cum tamen tantum absit, ut judicio criminali præsidere honori & nobilitati quicquam detrahat, ut potius eam adaugeat: Veluti porro *in dict. art.* Dieweil jhnen solch Gerichtbesitzung an jhrer Achtbarkeit oder Stand gantz kein Nachtheil gebehren soll noch kan: Sondern mehr zur forderung der Gerechtigkeit / straff der Boßhafftigen vnd denselben vom Adel vnd Emptern zu Ehren reichet vnd dienet. (7.) Exinde evenit, ut simplices idiotæ, vel alii, opinione quidem eruditionis inflati, sed imperitissimi,

mi, immoderato justitiæ Zelo ardentes, vel affectibus non moderatæ lenitatis, sed levitatis effoeminatæ, vel aliis sibimetipsis etiam incognitis fluctuantes, & jura vix extremis labris gustata, tanquam regulam Lesbiam, ad quemvis inscitiæ casum applicantes, causis sanguinis præficiantur ut plurimum. (8) Et porro hinc Reipub. duo infliguntur vulnera periculosissima & insanabilia: Quorum alterum est innocentes in vincula detrudere, quæstionibus temerè subiicere & immeritis pœnis afficere: Alterum, criminum verè reos diuturna & fraudulenta mora, subdolaq; elusione justæ condemnationi eximere & absolvere: De quibus querela est in proemio *Const. Carol. Crim.* Nach dem durch unsere und des heiligen Reichs Churfürsten/ Fürsten/ und andere Stände statlich an uns gelangt/ wie im Römischen Reich Teutscher Nation/ altem gebrauch und herkommen nach/ die minsten Peinlichen Gerichte mit Personen/ die unsere Käyserl. Rechte nicht gelehret/ erfahren oder ubung haben/ besetzt werden/ und daß aus demselben an viellen orten offtmahls wider Recht und gute Vernunfft gehandelt/ und entweder die un-

 schuldi-

schuldige gepeiniget vnd getödtet/ oder aber die schuldige durch vnordentliche/ gefehrliche vnd verlengerliche Handelung den peinlichen Klägern / vnd gemeinem Nutz zu grossem Nachtheil gefristet/ weggeschoben vnd erlediget werden / quo pertinet etiam *artic. 150. const. crim.* (9) Quapropter cautela simul est, & præceptum, ut nimirum Principes vel Magistratus, potestatem judicia criminalia constituendi, vel à Cæsarea Majestate, vel suo jure habentes more majorum, omnibus viribus adnitantur, ut tribunali causarum capitalium, habito delectu, præficiantur viri sani judicii, religiosi, honesti, integræ opinionis, prudentes, mansveti & rebus forensibus exercitati, ne quid vel imperitè & improvide, vel malignè & crudeliter agatur: (10) Nam non solum Iudex vel Assessor, si jus aliter sit dictum quam oportuit, propter negligentiam vel imperitiam tenebitur, *l. de his in fin. C. d. cust. reor. dict. art. 1. const. crim.* Sed etiam (11) ij, qui ejusmodi imperitorum & socordium hominum operâ, in negotiis tam arduis sunt usi, pro ratione cõmissi: *dict. art. 1.* ubi hæc quoq; inseruntur: Dessen also alle Obrigkeit/ so Peinlich

Ge-

Gericht haben / hiemit ernstlich gewarnet seyn sollen. Cuï conveniunt, quæ Regi Nicocli dixit Isocrates, relata *ab Hieron. Cagnol. in tract. de rect. Princip. Instit. n. 115.* Ad obeunda (12) ministeria malo viro non utaris: Quæ enim ille deliquerit, (13) eorum in te transferetur culpa: Et rursus: Negotiis, quæ per te non geruntur, viros ejusmodi præfice, tanquam omnium quæ illi commiserint, imputanda sit tibi culpa. Princeps (14) enim non modo in se ipso sanctimoniam exhibebit, verum in officialibus suis eandem quoq; requiret, haud quaquam ignoraturus, non tantum ab omni vitiorum contagione sibi abstinendum, sed etiam alienam culpam præstandam esse: Quæ tamen propria dici potest, cum eligendo aut cõstituendo magistratus, â principio peccaverit. Hactenus Cagnolus. Sed dixerit quispiam, quid est, ut hinc fiat specialis cautela, cum prædicta sint notissima, cuivis obviam & expressa constitutione dicti articuli primi nitantur? Fateor, sunt enim, vel debebant potius, ut superiori, ita cuivis judici maleficiorum esse planissimè cognita: (15) Verum (Experientia teste) tanta plurimis hoc

 nostro

noſtro tempore irrepſit ſegnities & negligentia jurium criminalium, etiam ipſius Conſtitutionis Criminalis Caroli & Imperij (16) quæ tamen rerum magis pondere, quam ampla verborum diſceptatione cõſtat, & propterea eſt breviſſima: ac porro tanta ruditas, ut ſi ad tempus ſinantur cum captis delinquentibus ſine interpellatione amicorum vel Advocatorum, agere, (17) propter hallucinationes & commiſſas nullitates, præſertim in puncto inquiſitionis, indiciorum & torturæ, facili negotio rei, etiamſi ſontes eſſent, poſſint liberari: Id palam fiet ei, qui hunc tractatum perlegerit. Et (18) quotus quiſq; eſt, qui in judicio ad manus habeat dictas Imperij conſtitutiones, prout idipſum mandatur *in art. 83*. Excuſabor itaq; merito, quod hæc primo limine præmiſerim, & in hanc cautelam redegerim.

CAUTELA II.

Vt in cauſa etiam capitali admittatur Procurator.

SUMMARIA.

1. In criminalibus procurator non admittitur.
2. Niſi adhoc, ut ſecreto det judici nomina teſtium de innocentia rei examinandorum.

3. Tunc

3. Tunc Iudex tenetur eum audire, aliaquin Syndicatus reatum incurrit.
4. Sic reperta innocentiâ neq; ad capturam procedi potest, & ibidem exemplum.
5. Ne tamen appareat ex actis examinationem factam ad instantiam procuratoris, sed ex officio judicis.
6. Quinam pro suo interesse pro reo imputato intervenire possint.
7. Qui tamen in tribus punctis non admittuntur, scilicet contestandæ litis, torturæ & sententiæ.
8. Advocatus pro reo in judicio comparere potest.

(1) IN criminalibus judiciis, in quibus ex condemnatione Reo criminoso poena corporis afflictiva est imponenda, procurator non admittitur, *l. pen. §. ad crimen ff. d. pub. jud. l. 1. ff. an per alium caus. appell.* Ad hoc tamen admitti debet, (2) Si nimirum secreto judici det capitula & nomina testium, quibus cognita est rei, forte propter metum carceris absentis, innocentia, ut illos ex officio examinet, *l. si non defendantur ff. d. poen. l. 2. C. de abolit. Bart. in l. 1. §. si quis, ultimo ff. d. quæst. Bald. in l. 2. in fin. C. de edend. Salyc. in l. 2. de abolit.* Paul. *Castr. in l. 4. §. si tibi, in fin. ff. de Cond. ob turp. caus. Bart. in l. 4. §. hoc autem judicium ff. d. damn. inf. Menoch. de arb.*

 jud.

jud. quæst. lib. 1. quæst. 88. n. 95. 96. Franc. Aret. in conf 147. Ioh. Ant. Rubeus *Alexan. in tract. de potestat. procurat. & def. in crim. n. 154.* Qui non admittitur tamen tanquam procurator, sed tanquam instructor ad informandum judicem forte ex schedulâ aliqua articulatim conscriptâ, vel aliter de innocentiâ rei, & (3) Judex tenetur eum audire, & in veritatem ex officio inquirere *l. 2. ff. d. lib. cauf. Cap. Caut. 255. n. 2. & ibidem allegati ICti.* Quod si neglexerit, facit se reum Syndicatus, *Vt tradit Iohan. de Anon. in capitulo veniens, colum. 7. verf. nunquid autem ext. d. accuf. Imol. super eodem Hippol. de Marf. Conf. 43. n. 38. volum. prim. Fichar. caut. 82.* maxime si præcesserit protestatio. Et si postea (4) Iudex ex hac informatione, vel testium secreta examinatione, reperiat principalem esse innocentem, contra eum criminaliter, neq; ad capturam procedi potest: Id quod memini aliquando in Academia quadam practicatum in puncto moderaminis inculpatæ tutelæ: Ubi pro necessaria defensione quispiam Studiosus lethale vulnus inflixerat militi aggressori, & postquã testes, qui conflictui astiterant, de illius (vi-

ri

ri alias bonæ eruditionis, honestæ famæ & moderatæ vitæ) innocentiâ deposuerant, eum nemo apprehendere fuit ausus. (5) Sit tamen cautus talis procurator vel potius informator, ne ex processu appareat, quod Iudex illud fecerit ad alicujus procuratoris vel defensoris instantiam: sed ut ad acta scribi faciat examinationem factam esse ex officio, alias non valet: *Capol. cautel. 66.* Huic cautelæ, adjicere libet, ratione sui (6) Commodi aut interesse in ejusmodi criminalibus judiciis posse intervenire virum pro uxore: *Soc. Col. 46. vers. principaliter de accusation.* qui alia quoq; plura exempla retulit: Patrem pro filio, Dominum pro servo, Episcopum pro Clerico, Abbatem pro Monacho & similes. *Feliu. C. meminimus n. 12. d. accusat. Soc. de fall. reg. 322. fall. 6. & 15. Ruin. Cons. 9. n. 3. lib. 5.* Qui tamen proprie Procuratores dici non possunt: Neq; (7) admittuntur in tribus diversis punctis, scilicet contestandæ litis, examinis per tormenta, & ferendæ sententiæ, *Bald. ad l. Reos n. 22. C. de accus. Menoch. de Arbit. jud. quæst. Cas. 80. n. 101.* Hac quoq; cautela uti potest reus, ut (8) curet pro se in judicio criminali com-

comparere Advocatum ſuum, is enim veluti procurator comparere non prohibetur, ſed admittitur ad cauſæ defenſionem. *Menoch. lib. 1. d. arb. jud. quaſt. 80. n. 73. Socin. de fallent. reg. 322. fal. 10. Blanc. in pract. Crim. in verb. verum quia n. 44.*

Cautela III.

Pro Aſſeſſoribus ſive conſiliariis Poteſtatum.

SVMMARIA.

1. Propter ſententiam iniquam Aſſeſſores ſimul & poteſtas tenentur.
2. Qua propter Aſſeſſores ut ſint tuti, debent proteſtari de diſſenſu.

(1) QUod ſi poteſtates terrarum ferunt ſententiam iniquam ex conſilio judicum de curia, Aſſeſſorum vel Conſiliariorum, hi eadem pœna tenentur, qua ipſæ poteſtates in Syndicatu: Qua propter Cautela pro Aſſeſſoribus ſive Conſiliariis Maleficiorum, tum, (2) ut nunquam ad acta ſcribi permittant, ſententiam ſuo conſilio & deliberatione ita eſſe latam, tum etiam ut proteſtentur expreſsè, ſe non conſentire nec approbare ſententiam, ejuſmodiq;

diq; protestationem ad acta redigi curent: Ne tacendo videantur consensisse & eam approbasse: *Cæpol. cautel. 35. & caut. 215. Bart. & Dd. in l. quæ dotis ff. solut. Matrim.*

CAUTELA IV.

Vt in causa criminali possit comparere procurator & formatio processus differri.

SUMMARIA.

1. Quomodo in causa criminali possit comparere procurator ex Ferratio.
2. Pro citato qui ivit ad partes longinquas, procurator comparere potest.
3. Qui debet se offerre absentiam in continenti probaturum, & si judex eum non admiserit, processus erit nullus.
4. Si autem procurator se probaturum non offerat, nihilominus reo salva manet in integrum restitutio.
5. Limitatio Ferratii.
6. Affectatum vel procuratum non prodest.

(1) IN causa criminali ut possit comparere procurator & formatio processus differri, ponit *Thom. Ferratius in suo tract. Cautelarum, cautelam 18.* Sic scribens: judex maleficiorum intendit vel ad instantiam partis, vel ex officio procedere contra ali-

aliquem, vigore alicujus delicti. Modo iste, contra quem debet procedi libenter differret processum per aliquod temporis spatium: Quia forsitan ille judex maleficiorum est homo nimis severus, & sumus in casibus arbitrariis; vel quia causa erat criminalis, in qua non poterat per procuratorem comparere & sic volebat se personaliter præsentare juxta *not. in l. pen. §. ad crimen. ff. d. pub. jud. & C. tuæ cum sim. d. proc.* Propterea volebat expectare successorem: Quia fortasse erat suus amicus, vel ad aliquem alium finem. Vnum est, quod libenter per aliquot menses differret formationem processus, quomodo faciet iste ad differendum hunc processum: Quia si citabitur, & in termino non comparebit, forsitan vigore statuti habebitur pro confesso. Dic quod cautela est, (2) quod iste talis antequam citetur, vadat ad aliquas partes longinquas, adeo quod verisimiliter de facili citatio non possit venire ad aures suas, & tunc, tempore, quo citabitur, compareat aliquis coram judice dicens, citatum fore absentem adeo in longinquis partibus, quod notitia citationis non potest ad eum pervenire, propterea contra ipsum

non

non velit procedere: Quia (3) tunc, si ille excusator offerret se in continenti probaturum, citatum esse in partibus longinquis, & judex non velit admittere talem probationem, processus erit nullus: Si vero (4) ille excusator non offerret se in cõtinenti probaturum, ut supra, processus valebit. Sed salvum erit jus ipsi reo petendi restitutionem in integrum, ex causa justæ absentiæ: *Ita notabiliter voluit Bart. in extravag. ad reprimendum in verb. neglexerit allegans not. in l. ab eo C. quomod. & quand. jud. & in l. fin. ff. d. in integr. restit. Ant. Rub. Alex. d. potest. procur. in crim. n. 319. & n. 320.* Quod dictum multum exclamando sequitur Maria. dicens esse menti tenendum & non esse per Dd. tactum (& paulo post ulterius dicit Ferratius) Adverte (5) tamen, licet in specie non reperiam tactum, quòd puto cautelam Maria. sano modo esse intelligendam, videlicet, quod si delictum commissum ab isto, qui vult se absentare, erat delictum occultum, puta unum maleficium, vel unum homicidium de nocte perpetratum, quod forsitan per aliquot menses ante, & de quo non erat diffamatus: Nunc autem præsen-

sentiens, quod judex vult contra eum procedere, se absentat, isto casu, Cautela Maria. potest habere locum: Quia possibile est quod iste se absentaverit ad partes remotas in fraudem, possibile est etiam, quod ad eas iverit aliqua justa de causa: Vnde non est absurdum, quod ei debeat concedi restitutio ex clausula generali, propter justam absentiam. Si vero illud maleficium fuit ab isto publicè commissum, puta quia de die in publico interfecit hominem, isto casu non teneo cautelam, de qua supra, esse veram, & hoc per illam regulam, quæ est, quod quotiescunq; aliquid de natura sui habet prodesse, si illud fuit affectatum, vel procuratum, tunc non prodest *l. Spadonem §. fin. ff. d. excus. tut. §. item tria onera Inst. eod. l. & qui data opera ff. ex quib. caus. major.*

Cautela V.

Quomodo Advocatus Conscientiæ & honori cavere debeat.

SUMMARIA.

1. Aliis qui sapit, sapiat ipse sibi.
2. Sic autem rectè sapit, si conscientiæ cavet.
3. Quæ est Angelus humanæ vitæ præsidens.

4. A cau-

4. A cautelis deceptoriis cavendum, & quare.
5. In extremo judicio non erit locus cautelis.
6. Quomodo Advocatus consulat honori.
7. Non est magni, qui sæpe succumbit.
8. Quomodo Advocatus causam servare possit.
9. Brevissima facti mutatione totum jus mutatur; ubi de fumivenditoribus, remissive.
10. Advocatus non erubescat dicere, cum peritis & libris deliberabo, si causa est ardua.
11. Litigatores plurima de causæ suæ justitia, apud Advocatos inaniter jactitant.
12. Causâ deperdita culpam in Advocatum reiiciunt sibi propter falsam facti assertionem imputandam.
13. Monitio Quintiliani pro Advocatis, ne eos litis fallat eventus.
14. Cautela Speculatoris de vestibus.
15. De ea, sententia Fichardi.
16. Talis quis prima facie præsumitur, qualem eum indicant vestes.
17. Sententia authoris de cautela in vestimentis posita.

1 QUi aliis sapit atq; cavere studet, sibi ipsi ut sapiat & caveat, in primis est necesse, ne ei illud Ovidii contingat: Quiq;
2 aliis cavet non cavet ipse sibi: Sic (*) autem recte cavet sibi, quando cavit suæ conscientiæ: Quæ omnium Advocatorum & Pragmaticorum suprema sit, & cautelarum cautela: prout piè monet *Raim. Fichard. caut. 6.* Nulla igitur cautelâ, quamvis speciose fucata, aut probabili, perpe-

ram, vel ad obruendam veritatem, vel ad necem alterius, remordente interim con-
3 scientia, utentur: Est (*) enim conscientia Angelus humanæ vitæ, præsidens: *Vide judicium Bald. & aliorum à Fichard. d. caut. citatorum. Sic Paul. d. Castr. in l. si per errorem ff. d. jurisdict. omn. jud*: Cave, ut sæ-
4 pè dixi (*) à cautelis deceptoriis: Quia etsi in hoc seculo Advocatis honorem faciant, tamen in altero magnum animæ adferunt detrimentum: Quapropter Cœpolla primus cautelarum collector, quando refert aliquam cautelam suspectam plerumq; admonet, ne illa quis nisi tum demum utatur, quando fovet justam causam, quam tamen vel favore, vel potentiâ partis adversæ, obtinere diffidit: Vel ut sciat aliis, cautelis improbis uti volentibus, obviare. Væ, inquit *Iesaias c. 5. v. 20.* dicentibus malum bonum, & bonum malum, qui ponunt lucem pro tenebris, & tenebras pro luce, qui ponunt amarum pro
5 dulci, & dulce pro amaro. In extremo (*) Dei judicio quilibet debebit reddere rationem dispensationis suæ, nec ibi versutiæ humanæ cavillis vel improbis amplius erit locus cautelis; Quod ipsum latius exten-

+ Si scirem omnes homines ignoraturos omnes Deos ignoscituros, nihil tamen committerem contra honestatem. Seneca.

tendere non est necesse: Quotidie namq; hæc inculcantur, ut mirum sit, nonnullos, qui Christiani appellari cupiunt, in corrupto hoc seculo, tam fidelibus, & quotidianis dehortationibus minus, quam sancto denario moveri: Cum tamen Ethnici doceant in omni vita sua quenquam ne latum unguem â rectâ conscientiâ oportere discedere *Cic. ad Attic.* Porro dicendum,
6 quomodo (*) Advocatus consulat & caveat honori, quem si post bonam conscientiam fartum tectumq; conservare velit, in eo sit totus, ut causarum palmam sive victoriam reportet: Illud enim cuivis pa-
7 lam est, talem (*) qui sæpe & facile succumbit, non esse magni: Quid, itaq; cautelæ est, ut Advocatus ceu conscientiam
8 ita & causam servet? Abstineat (*) ab omni iniquo jurgio, nec litem desperatam suscipiat, si ei causa defertur aliqua, plenam â clientulo suo exigat facti informationem, eamq; in scriptis: Sæpe (*) namq; brevissima facti mutatione totum jus mutatur, vel potius applicatio eius ad factum: & facti ignorantia sæpe prudentissimos fallit *l. 2. ff. d. jur. & fact. ign.* sollicitè quærat eius probationes, in causis arduis

adſciſcat ſibi ſocium peritum, clientulo temerè victoriam, propter dubium litis eventum, vel Principis gratiam non promittat, ne incidat in poenas fumi venditorum: de qvibus *vide Menoch. d. arb. jud. lib. 2. caſ. 344. Ioh. Boneſ. in tract. de furt.*
10 *§. aliena rei n. 108.* * Si cauſa tanti eſt momenti nõ erubeſcat, de eius bonitate interrogatus dicere, volo mecum, cũ peritis & libris deliberare: quia tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus: *Speculat. tit. de Advoc. §. nunc tractemus n. 6. Raim. Fichard. caut. 7. meminit patrem ſuum Ioh. Fich.* Speculatoris cautelas omnes, ut & hanc *in tit. d. Advocat.* commendaſſe plurimum: ut nimirum informationem de facto controverſo Advocatus, non obiter & oretenus, ſed in ſcriptis à cliente vel litigatore (in cauſis maxime gravioribus) exigat: Sæpenumero enim evenit Advocatis, ut
11 apud eos (*) litigatores plurima de cauſæ ſuæ juſtitiâ prædicent, & ſe probare poſſe jactitent, qvæ poſtea in proceſſu cauſæ præſtare nequeunt, & longè aliter ſeſe habere inveniuntur: Qua propter etiam cau-
12 ſa tandem cadunt, culpam (*) vero adverſæ ſententiæ in Advocati vel negligentiam,

tiam, vel imperitiam reiiciunt, & ea quæ prolixè & magnificè primum prædicarunt, postea, deplorata causa, diffitentur etiam omnia: Si itaq; plenam in scriptis facti informationem ab initio à litigatore receperit Advocatus, & ad finem judicii retinuerit, nihil est quod metuat exprobrationũ: Sed sibi imputet clientulus, qui ea falso asseruit, quæ ex probationibus postmodum non apparent. Ad scribere licet (*) huc eleganter facientia verba *Quintil. lib. 12. instit. Orat cap. 8.* in quo, quæ Oratori (hodie Advocato) in discendis caussis sint observanda, scribentis: Nec semel audisse sit satis: Cogendus eadem iterum ac sæpius dicere litigator: Non solum quia effugere aliqua prima expositione potuerunt, præsertim hominem (quod sæpe evenit) imperitum, sed etiam ut sciamus an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, & tanquam non doceant causam, sed agant, non ut cum Patrono, sed ut cum judice loquuntur. Qua propter nunquam satis credendum est, sed agitandus omnibus modis, & turbandus & evocandus: Nam ut Medicis non apparentia modo vitia curanda sunt, sed etiam invenienda, quæ latent, sæ-

pe ipsis ea qui sanandi sunt, occulentibus: Ita Advocatus plura quam ostenduntur, aspiciat. Nam cum satis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rursus ei personam transeundum est, agendusq; adversarius, proponendum quicquid omnino excogitari contra potest, quicquid recipit in eiusmodi disceptatione natura. Interrogandus quam infestissime, ac premendus. Nam dum omnia quærimus, aliquando ad verum, ubi minime exspectavimus, perveniemus? In summa, optimus est in discendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, testem, populum, paratissimas consignationes, ipsum deniq; adversarium quædam non negaturum. Ideoq; opus erit intueri omne litis instrumentum: Quod videre non est satis: Perlegendum erit. Nam frequentissimè aut non sunt omnino quæ promittebantur, aut minus continent: Aut cum alio aliquo nocituro permista sunt; aut nimia sunt & fidem hoc ipso detractura, quod non habeant modum. Si causam perscrutatus, propositis ante oculos omnibus quæ prosint noceantve, tertiam deinceps induat personam judicis, fingatq; apud se agi causam, &

quod

quod ipsum movisset de eadem re pronunciaturum, id potissimum apud quemcunq; agetur existimet: Et sic eum raro fallet eventus, aut culpa judicis erit. Hactenus Quintilianus: Cujus consilium ut & antecedentia omnia tam in civilibus quā criminalibus apprimè notanda: Quæ tamen pro Advocatis doctis & peritis in medium non adduxi, nec meæ tenuitati tale quid sumpserim: Illi namq; non hæc solummodo, sed longè majora noverunt: Quia autem eorum meminisse hic commoda incidebat occasio, nolui præterire. Hoc tamen certum est, si dictum consilium Quint. penes multos esset majoris, quam fuit hactenus, ingens litium multitudo cessaret, & non (ut dicit *Quint. dict. loc.*) deprehenderētur, causam quam discere ex suis litigatoribus noluerunt, ex adversariis discere. Pro authoritate Advoca-
14 to concilianda * suadet. *Speculat. tit. d. Advoc. §. sequitur 2.* ut accedens ad Advocationis officium exercendum, vestes talares habeat, & suo officio congruentes, allegans ad hoc sequentes versiculos.

Vir bene vestibus, pro vestibus esse peritus.
Creditur à mille, quamvis ideota sit ille:

 Si

Si careat veste, nec sit vestitus honestè, (audit.
Nullius est laudis, quamvis sciat omne quod

Cui alludit etiam juvenalis *Satyra.7: sic scribens*:

Et tamen hoc ipsis est utile. Purpura vendit
Causidicum, vendunt Amathystina, convenit, illis
Et strepitu, & facie, majoris vivere census.
Sed finem impensæ non servat prodiga Roma.
Vt redeant veteres: Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens.
Respicit hoc primum qui litigat, an tibi servi
Octo, decem comites, post te an sit sella togati:
Ante pedes, ideo conducto Paulus agebat
Sardonyche, atq; ideo pluris quam cossus agebat
Quam Basilus, rara in tenui facundia panno.

15 * Quos versiculos etiam enumerat *Raim. Fich. caut. 8. addens. ibid. in fin.* Non esse nimium fidendum huic cautelæ de vestitu, esse enim pro imperitis potius hominibus, novis atq; obscuris, qui nec familiæ nobilitate, nec eruditione clarant, sed solò vestitu sibi authoritatem ac æstimationem conciliare coguntur, donec vel uxorem aliquam divitem, vel aliqualem functionem, illo vestitus hamo captarint: Sedre-

vera talis æſtimatio, ut exempla docent, poſtea indies vileſcit,& inſcitia tandem ſe ipſam prodit,atq; pudefit. Cures igitur potius,ut tu veſtem, quam veſtis te decoret: Hæc *Fichard.* Quanquam verum ſit illud
16 vulgare: Hunc * homines decorant quem veſtimenta decorant: Et talem prima facie præſumi,qualem eum indicant veſtes eſſe. *l.item apud 15. §.ſi quis virgines ff. d. injur.* Quemq; judex in ſuæ profeſſioni convenienti veſtitu, & majori ornatu inſpiciet,majoris exiſtimabit eſſe authoritatis,& ei aſſurget ſalutatione delata, dicens: Sede apud me in loco nobiliori: Ad quod etiam tenetur, *ſecundum l.ult. & pen. C. d. off. diverſ. jud. Spec. d. §. n. 3. Ioan. Bapt. Magon. de rect. patrocin. rat. cap. 3. n. 36.* Hoc
17 tamen * proculdubio nulli, niſi de præclara eruditione noto, vel de ruditate, ſub egregio veſtimento operta, ignoto continget: Vbi autem ruditas etiam ſplendidè veſtita ſermonem facere cœperit, calamum admoverit, & forte una vel altera cauſa ceciderit, nec aliunde inpoſterum, quam ex ſalario Advocaturæ, veſtes ſibi reparare poſſit, ejus authoritas cum primo veſtimento contereretur, & ecce; brevi ruditas

tas stabit nuda, & veste, & honore exuta: Quapropter ridicula est cautela in vestibus posita, quando deest scientia.

CAUTELA VI.

Vt pro accusato vel inquisito in causa capitali interveniat procurator.

SUMMARIA.

1. Reus ab alio judice incarceratus potest per procuratorem respondere in causa capitali.
2. Et judex tenetur in processu super sedere, donec liberetur.
3. Nisi resciscat incarcerationem esse procuratam.
4. Procuratorem constituere potest reus, si delictum est impunibile, & ibi exemplum.
5. Quando inquisitio est calumniosa procurator admittitur.
6. Vel quando inquisitio est inepta.

1 REus accusatus vel inquisitus in causa capitali, si ab alio judice alia de causâ est in carcerem coniectus, potest respondere per procuratorem. *Ang. in l. eos* §. *super his C. d. appel. Bart. in l. pen.* §. *ad crimen ff. d. pub. jud. Menoch. de arb. jud. lib.* 1. *quaest.* 80 *n.* 87. *&* 88. *Hippol. d. Mars. in pract. crim.* §. *sequitur n.* 30. *&* *n.* 31. ubi exinde hanc exstruit cautelam. Vt nimirum accusatus vel inquisitus curet se in alia aliqua civitate

vel

vel loco, pro ficto vel asserto debito, vel delicto incarcerari: Et postea per literas Officialis illius civitatis, ubi detinetur, capturam notificare faciat judici inquirenti vel
2 contra eum procedenti: Tunc * erit necesse ut hic judex admittat procuratorem in causa ista capitali, & supersedeat in processu, donec inquisitus vel accusatus fuerit ê dicto carcere liberatus, ut in persona
3 comparere possit. Sed * si judex inquirens resciverit incarcerationem ejusmodi esse affectatam sive procuratam, proculdubio accusato vel inquisito non est profutura hæc cautela, propter identitatem rationis cautelæ quartæ *hoc tit. in fin. annexa. Clar. pract. Crim. §. fin. quæst. 34. vs. 7.* Procurato-
4 rem * quoq; constituere potest reus, si delictum est impunibile: Exemplum, quod contigit *in facto Hippol. d. Mars. ipse ita refert in dict. § sequitur n. 27. in fin. & n. 28.* Nam quidam puer septem annorum casualiter percussit alium puerum, ejus vicinum, socium & benevolum, qui ex illa percussione intra quindecim dies mortuus est: judex formavit inquisitionem de homicidio, & procuratorem noluit admittere: Hippol. tandem comparens, dixit admitten-

mittendum esse procuratorem, propter exceptionem oppositam, nimirum, quod delictum, de quo inquiritur non sit punibile, & propterea impediatur litis ingressus, *secundum Bart. in l. si servus C. de his qui ad Eccles. conf.* quem refert & sequitur *Ias. in rubr. C. ut nemo priva. in princ. & in le. nam & postea, in princ. ff. d. jurjurand.* admissus itaq; fuit procurator, & puer absolutus. Huc etiam quadrat exemplum, quod retu-

5 li *in cautela 2. hoc tit.* Porro * ubicunq; formata est contra aliquem inquisitio calumniosa tunc in tali judicio admittitur procurator, non obstante quod judicium sit criminale: Ita notabiliter *dixit Cyn. in l. reos C. d. accus. Bald. in l. 2. C. ut nemo priva.* Sit

6 etiam * cautus reus inquisitus, ut advertat, an inquisitio aliquo respectu sit inepta: Tum enim in tali judicio admittendus est procurator: Ita singulariter *Bald. in cons. 100. incip. verba accusationis, in 1. vol.* quod est multum notabile, & sæpe in facto evenit: Et ego, dicit *Hippol. d. § n. 30.* ita pluries practicavi cum honore & lucro: *Ioan. Ant. Rubeus, Alexandr. in tract. de potestat. procurat. & def. in caus. crim. n. 145. 146.* & alios idem recenset casus, quibus procurator comparere potest *n. 148. & seqq.*

CAUTELA VII.

Pro judice ad evitandam suspicionem.

SUMMARIA.

1. Quidam Causidici jactitant amicitiam cum judice, & quare
2. Ab illorum conservatione judices sibi caveant.

1 Solent quidam causidici tam esse inepti, ut sæpenumero jactitent, se singularem cum judice colere amicitiam: Atq; hoc ad pecuniæ aucupium, & propterea ut frequentiores ijs adfluant clientes. Verum hoc ipso non illos decipiunt solum, verum etiam judici gravem inferunt injuriam, eumq; suspectum reddunt, ac propterea tenentur, *Prosp.* Farin. *in pract. crim. part. 2. lib. 3. quæst. 111. n. 284. Muscat. d. cognit. seu prob. delict. sub rubr. d judic. corrup. n. 23.* Ca-
2 veant * itaq; judices sibi ab illorum amicitia & conversatione, ne in suspicionem & periculum incidant *Angel. in l. apud Labeonem, §. item ait n. 3 ff. d. injur. Paris. d Put. d. Syndic.* in verbo corruptio. *Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 35. n. 27. Exempla vide apud Muscat. ibidem n. 24.* vbi de Assessore refert, qui in magno, tali de causa, fuerat constitutus

tutus periculo: Et de quibusdam Regiis Consiliariis, qui depositi fuerunt ab administratione, officio & dignitate exuti: & aliqui Advocati condemnati ad poenam relegationis: Quapropter & his â detrimentosis ejusmodi ineptiis erat abstinendum.

Cautela VIII.

Vt judex tam in puncto torturæ quam sententia definitiva utatur consilio, sapientum, & quare.

SUMMARIA.

1. Causæ criminales sunt arduæ, ideoq; maturiori consilio opus est.
2. Tam in puncto torturæ quam sententiæ definitivæ, propter rationes adiectas.
3. Facilius est condemnare vel absolvere, quàm in puncto torturæ benè arbitrari.
4. Tortura præparatio est ad mortem, & morte fere durior.
5. Judices imperiti vel occupati utantur consilio sapientum, & fidelissime acta conscribant.
6. Quod sæpe Principes faciunt, propter causas adiectas.
7. Laudatur mos civitatum, quæ per suos Syndicos acta reportata curant inspici & conferri.
8. Non semper excusatus judex, secundum consilium sapientum malè judicans.
9. Nisi ex lege vel partium consensu secundum consilium judicaverit.

10. Qui

10. Qui partium consensus ad acta notandus.
11. Iudices Germaniæ in capitalibus sequentes consilium sapientum, sunt extra periculum.
12. Assiduitas & circumspectio requiritur in criminalibus.
13. Imperitia nonnullorum Actuariorum.
14. Sententia à sapientibus concepta, simul ac lata est, executioni mandatur plerumq;.

1 CAusæ criminales sunt maxime arduæ, & agitur in illis de sanguine, honore & fama hominis: Ideoq; judex qui earum cognitioni præest maturiori consilio factum, singulas & omnes debet expendere ejus circumstantias *Constit. Crim. art. 150.* in eoq; esse totus, ut causâ satis deliberate perfectèq; cognita, cum intuitu religionis & humanitatis, ac sine severitatis affectu, sententiam ferat, ne sanguine innocentis polluat manus, ac homicidam quærendo,
2 ipse fiat homicida: Idq; non * in puncto definitivæ solum, sed etiam torturæ: Quippe quod totius fermè praxeos criminalis fundamentum in materia indiciorum & torturæ consistat. *Fran. Person. in tract. d. in-*
3 *dic. & tort. ab init.* * Facilius sit reum vel condemnare ad mortem, vel absolvere quam in puncto torturæ, secundum jura & æquitatem benè arbitrari: Vide *inf. caut. I.*

III.

4 *tit.d.indic.tort.& conf.* Ea corpus * ita laceret ut ipsa fere morte durior sit: *Bald. in l.interpositas n.6. C.d.trans. & in l. 1. in fin. C.unde vi VVesenb.in parat ff.d.quæst.n.5.* Atq; sit præparatio ad mortem vel civilem vel naturalem: *Ant. Fab. in Cod.lib.3. tit.4.def.2.in alleg.in fin.* illi itaq; judices
5 qui prudentiâ * praxeos carent, & non sunt jurium criminalium usq; quaq; periti, vel qui negotiis publicis sunt impliciti, vel circa rem œconomicam vel alias occupati, caveant sibi â morsu conscientiæ & periculo syndicatus, ac propterea informationes recipere, omnes delicti circumstantias notare atque processum formare curent quam fidelissimè, Quod exigit *Const.crim.art. 143. 148. 160. 161. 165.* 7
Nec fugiant judicia Academiarum (sicuti illi solent, qui in conscribendis & notandis actis, cum jacturâ æternæ salutis, sunt segnes & parum accurati) Et postea acta & actitata fideliter conscripta & consignata 8
ad consilium sapientum, sive collegium Facultatis juridicæ, pro scribendo responso, sive sententiâ concipienda, transmittant: Quod ut in criminalibus fiat, hortatur *Damhoud.in pr.crim.cap.76.n.34.* Nec

ejus

ejus pudeat quenquam, etiam si sit vir doctus: Agitur enim de vita & famâ hominis & ratio suadet, ut tunc magis consilij perfugio utamur, cum majus instat periculum *Pac. Scala Patav. d. cons. sap. lib. 2.*
6 *cap. 22.* Sæpe (*) etiam Principes, quibus tamen egregij sunt & peritissimi à latere consiliarij, collegium juris peritorum consulunt: Nec id frustra, tum quia illi sunt in causis arduis & capitalibus versatissimi, eas quotidie tractant & alios docent: Tum, quia integrum est judicium, quod plurimorum sententijs confirmatur, & facilius invenitur, quod â pluribus senioribus quæritur *Cap. de quibus dist. 20. Cap. prudentiam de off. & potest. jud. deleg.* Non
7 tamen improbo, sed potius (*) collaudo istam quorundam locorum & civitatum consvetudinem, ubi per Assessores vel Syndicos acta reportata inspiciuntur & cum Consilio, ad præcavendum omne pericu-
8 lum, fideliter conferuntur: Interdum (*) enim judices ex consilio sapientum malè judicando non excusantur, præsertim quando iis assident periti & Syndici & possunt illud sequi vel non sequi: *Bart. in l. si convenerit n. 4. ff. d. re iudicat. Felin:*
 cons.

conſ.24.n.15. *quos refert & ſequitur Cothm. vol. 3. reſp.29.n 403. Spec. d. requis. conſ. verſ. quid ſi judex. Pac. Scala Patav. lib. 4. d. conſ. ſap. cap. 26. & lib. 3. cap. 25.* Sed ſi ex
9 (*) lege, vel partium aſſenſu, ſecundum conſilium judicatum eſt, judex utiq; Syndicari non poterit: *Bart. in d. l. ſi convenerit:*
10 Vbi etiam dat judicibus cautelam, (*) ut nimirum in actis annotari jubeant, partes conſentire, ut ſecundum conſilium ſapientis ſententia feratur propterea, ne litem faciant ſuam: *Pac. Scal Patav. d cap. 26. lib. 4.* ubi quoq; contraria ſententia, ex hac potiſſimum ratione refellitur, ne legis authoritate, vel litigantium voluntate judex decipiatur: *Et in fin. cap. ejusdem annectitur*: Atquè hoc in uſu noſtrates judices quotidie ſequuntur, qui cum in prolatione ſententiæ ex lege noſtra conſilium ſequi debeant, ſive juſtum,, ſive in juſtum fuerit,
11 a conſilio ipſo non recedunt. Pari (*) modo tantum abeſt, ut judices Germaniæ ulli periculo ſint obnoxij, ſi cauſas criminales ex conſilio ſapientum, **der nechſten Hohenſchulen/ Stedte oder** communen, ut *in art. fin. Conſt. crim.* determinant, (niſi notorie

riè sit injustum :) ut ad hoc potius teneantur, si dubitent: Id namq; mandat Ordinatio criminalis Carolina & quinquagies septies repetit & inculcat. Vnde etiam videre est, quantum Imperator & Imperij status sapientibus & juris consultis confidant: Qui in causis hisce arduis consulendo maximè sunt assidui & circumspecti: Id quod
12 etiam (*) summa justitiæ ratio expostulat
13 & necessitas: (*) Sunt enim nonnulli scribæ sive Actuarii judiciorum criminalium, contra *constit. crim. art.* 1. (experientia teste) tam imperiti ut sæpenumero necessaria processus vel quippiam, (unde reo ingens generatur periculum) negligant, præsertim in arduo torturæ, indiciorum & confessionis puncto: Quod attenta consideratione advertere & avertere debent
14 consulti jurisperiti, (*) cum ad hoc noverint, plerumq; suum consilium sive conceptam sententiam in criminalibus, simul ac à judice prolata est, statim & sine morâ mandari executioni. *secundum l. cum reus 18. C. de poen. l. penult. in princ. C. de custod. reor.*

CAUTELA IX.

Ad securitatem Advocati, pro accusato vel inquisito patrocinium suscepturo.

SVMMARIA.

1. Ex ratione naturali & legum reis Advocati non sunt denegandi.
2. Reo etiam non petenti de Advocato prospiciendum.
3. Advocati in criminalibus vix offensionem Principis vel Magistratus evitare possunt, & ibidem exempla.
4. Vnde miseri manent indefensi.
5. Advocatus quomodo odium evitare & libere patrocinari possit.
6. Non curanda est stulta & sinistra vulgi, de Advocatis causarum criminalium, opinio.
7. Quo causæ graviores, hoc honoratiores sunt earum Advocati.

1 QVamvis Principes, eorumve officiales sive magistratus, ex legibus, ratione naturali, & ductu æquitatis noverint, reis non esse denegandos Advocatos sed eos disputaturos audiendos *l. unius* §. *cognitururum ff. d. quæst. Bart. in l. fin. eod. tit. Brun. q. 9. part. 2. n. 51. Lancilot. d. off.* Præt. *in crim. sub rubr. d. negat. Crim. & torment. n. 12.*
2 (*) Quin etiam reo non petenti de Advocato prospiciendum, & excusationes innocentiæ ex officio quærendas, *l. si non defen-*

dans

dantur 19.ff.d.poen.l.1.in fin.ff.d. quæst. Innoc.in c.veniens n.4. extr. d.accusat. Paul. *Castr. cons. 48. n. 36. inter criminal. vol.1. Cothm.vol.3.cons.resp.29. n.* 180.181.183. *& ibid.cit.DD.Et in subscriptione Facultatis juridicæ Coloniensis dicto responso Coth.statim annexa n.238.& seqq.* Vt propterea nemo Advocatorum, alicuius rei patrocinium suscepturus, propter suum officium, odium
3 metuere deberet. Verum (*) vix evitari potest, ne offensionem Principis vel odiũ Magistratus incurrat, qui fideliter, quæ causæ necessitas & utilitas exigit, prout decet, pertractat. Exempla sunt in promptu recentiora, quod Advocati & Notarii suum officium, in ejusmodi causis, modo planè licitissimo, exercentes, in squalidos carceres fuerint coniecti, & ibidem ad tempus non sine jactura vitæ & sanitatis detenti:
4 Vnde evenit, ut (*) miseri rei Advocatis, postquam vestigiis alii essent deterriti, & necessariâ innocentiæ defensione prorsus
5 destituerentur. Quapropter Cautela (*) pro Advocato est, si in causa criminali reo velit præstare patrocinium, ut nimirum curet ex officio, secundum prædicta jura, constitui, sibiq; dari literas reversales de securi-

curitate, ſalvo conductu & ſarta tectaq; gratia, in quemvis cauſæ eventum conſervanda, easq; ſub manu & ſigillo Principis, vel Magiſtratus: Tunc enim, niſi Princeps vel Magiſtratus ſit extremè impius, ſecure
6 patrocinari poterit. (*) Nec curanda eſt ſtulta vulgi imaginatio & ſiniſtra opinio de cauſarum criminalium Patronis: Nec ineptiæ quorundam, qui hac vanitate moti, in ejuſmodi cauſis operam præſtare re-
7 cuſant: Certum (*) namq; eſt, quo cauſæ ſunt graviores & magis arduæ, hoc honoratiores eſſe earum Advocatos.

CAUTELA X.

Pro Principe vel Magiſtratu Advocatos Fiſci, vulgo Fiſcales conſtituente.

SUMMARIA.

1. Advocati Fiſci Officium eſt laudabile & neceſſarium.
2. Quod multi affectata ſeveritate, & aucupio gratiæ contaminant, & exoſum reddunt.
3. Qui quomodo propterea teneantur, & vindictam Dei devolvant in Rempub.
4. Principes fiſco avarè non faveant, ſed ei probos Advocatos ſeligant.

5. Reo doctior, vel æquè doctus Advocatus dandus.
6. Sumptibus ex ærario depromptis, si reo desint.
7. Perstringuntur latrunculatores secus facientes.
8. Qui & ipsi in extremo judicio Advocato Christo sunt cärituri.

1 ADvocati Fisci, vulgo Fiscalis officium esse Reipub. utile, summopere necessarium, atq; in & per se laudabile & hone-
2 stum, nemo sanus ibit inficias: (*) Verum cum sint eorum multi, qui ex affectata severitate, aucupio gloriæ & gratiæ Principum, vel Magistratuum, quotidie excoriare homines, & carceratos sumptibus indebitè vexare quærunt, ut impleant illorum bursas: Fieri non potest quin se suumq; officium hoc ipso contaminent, & non rudi plebeculæ tantum, sed etiam viris honestis
3 & prudentioribus reddant exosum, (*) teneantur parti vexatæ de refundendis expensis & actione injuriarum, atq; insuper vivi sint comburendi: text. *in l. universi C. ubi causa fiscales l. 3. C. d. Advoc. fisc. Gram. decis. 60. n. 21. Cravet. cons. 160. n. 7. & seqq. Fransc. Person. tract. d. indic. ac tortur. in fin.* Nec solū hoc, sed propter eiusmodi miserorū & innocentū oppressionē, ipsi Principes

vel Magiſtratus in ſe & Rempub. culpam, & vindictam Dei Optimi Maximi devolvunt. (*)Caveant itaq; ne calumniæ conniveant, & Fiſco ſuo avare faveant (prout
4 author eſt Principibus *Hieron. Cagnol. in lib. d. rect. princ. inſtit. n. 108. ubi dicit*: Domitianus fiſcales calumnias magna calumniantium poena repreſſit, ferebaturq; vox ejus, Principem, qui delatores non caſtigat, irritare. Dignum verbum quod ſemper in ore regnantium hæreat. Nunquam enim (ut Plinius ait) Principibus defuerunt neq; deſunt, qui fronte gravi & triſti ſupercilio utilitatibus fiſci contumaciter ſuperbeq; adeſſent, niſi â bono reprimantur Principe Sed Officio Fiſcali viros, de animi integritate & vitæ probitate collaudatos, juxta ac peritos, præficiant. Poſtea (*)
5 ubi cauſa famæ vel ſanguinis cum aliquo delinquēte intervenerit, in eo anteomnia ſint ſolliciti, ut reus ſub doctioris Advocati, vel æquè docti munimine defendatur: Cum is, quo ad defenſiones ſit favorabilior, quam accuſator Fiſcalis, & ex officio, innocentiæ defenſiones quæri debeant: Secundum allegata jura in præcedenti cautela, adde *Spec. tit. de Advoc. §. 1. in fin.*

Et

6 Etsi propter (*) inopiam se defendere, & salarium expendere non possit, propriis sumptibus, vel ex ærario publico depromptis eximios Advocatos ac causæ defensores illi assumant: *Cason. tract. d. torment. cap. 21. n. 20.* ubi ex ejusmodi, tum justitiæ tum misericordiæ opere, laudibus effert
7 Dominos Venetos. Hoc (*) tamen nonnulli latrunculatores seu maleficiorum judices floccifaciunt, obtrudentes miseris, & proculdubio, propter neglectam defensionem, & vitia processus, sæpe innocentibus reis iamjam decapitandis, causidicos, imo rabulas, quos in judicio habent juratos sæpe indoctissimos & imperitissimos, nullum præterea, etiam valde efflagitantibus, Advocatum admittentes: Nec considerantes post latam sententiam definitivam, nullum (Quæ totius fermè Germaniæ dicitur consvetudo) superesse remedium suspensivum, quo condemnatorum jura innocentiæ resarciri posint. Sed sciant (*) tales bibuli bubulci (non enim sunt digni, qui judices appellentur) se propterea in extremo Dei judicio, omnium Christianorum Advocato, sive mediatore Christo, carituros, ac æterno Gehennæ supplicio affectum iri. CAV-

CAUTELA XI.

Contra crassum & periculosum errorem judicum quorundam, in delictis atrocioribus sive exceptis imputatis reis Advocatos denegantium.

SUMMARIA.

1. Advocati reis optimi dandi.
2. Quidam judices Captis propter crimina atrociora Advocatos cum injuria denegant.
3. Advocatum non esse concedendum in atrocioribus & exceptis, obtinet in notoriis vel satis jam probatis delictis.
4. Secus est quando de delicto non dum constat.
5. Indicia sunt communicanda etiam in atrocissimis.
6. Et consequenter Advocati non denegandi.
7. Incarcerati ita sæpe consternati sunt, ut de defensione cogitare non possint.
8. Advocatus Fisci in exceptis æque, atq; in vulgaribus tela in reum convertit.
9. Reus quoad defendendum favorabilior, Ergo ei Advocatus dandus.
10. Contrarium qui sentit, contra communem & inique sentit.
11. Hæc cautela rationibus & exemplis illustratur.
12. Judex promptior debet esse dando Advocatos in criminibus atrocioribus, quam in vulgaribus: & quæ sit ratio.

13. Absurdum est magnitudinem criminis obiicere, de quo non dum constat.
14. Nemini defensio justa est præscindenda, quæ ratio non cessat, etiamsi crimen sit exceptum, & ibidem perspicuitatis exempla.
15. Si quis se defendere potest à delicto minori, maxime hoc potest à majori.
16. Quæ bene sunt notanda judici, & aliis tam contra ideotas, quam peritos.

1 ADvocatos omnino dandos esse reis, qui haberi possunt optimi, ex cautelis duabus proximè antecedentibus liquet.
2 (*)Sunt tamen judices quidam, qui ex imperitiâ jurium & judicii defectu, (ne dixerim ex malitiâ) reis, de criminibus atrocioribus sive exceptis accusatis, simul ac capti sunt, Advocatos cum injuriâ denegant: Idq; ex eo, quod dicitur: In criminibus atrocibus & funestis (quæ autem sint talia *vide inf. in caut. 16. tit. d. indic. tort. & confess.*) Advocatos non esse concedendos: Et in specie notabiles esse sine veniâ, qui pro reis criminis læsæ Majestatis intervenire tentaverint *l. Quisquis 5. §. Deniq. C. ad leg. Iul. Maiest.* Caveant autem sibi judices ab hoc errore periculosissimo & perversa interpretatione, tam juri & æquitati naturali, quam

quam communi jurisconsultorum suffra-
3 gio contraria: (*)Illud n. Advocatum non esse admittendum in atrocioribus & exceptis, aliter non obtinet, nisi crimen sit notorium (Cum omnibus notorii qualitatibus intellige. ut, *in caut. 14. & 15. inf. in tit. d. inquis. & accus.*) vel de eo aliter indubitatè constet: *Boss. in tit. de indic. & consid. ant. tort. n. 76. & tit. d. inquisit. n. 29. in fin.* ubi dicit, quod adhoc, ut quis dicatur latro famosus, non sufficit, quod per testes sit probatum eum esse talem, nisi in specie constet de ejus criminibus & latrociniis: *Paris d. Put. in tr. d. Syndic. vers. tortus cap. 10. quidam latro famosus.* Prosp. *Farin. in pract. crim. lib. 1. tit. 5. quaest. 39. n. 107. n. 109. 111. Iul. Clar. in pract. crim. § haeresis n. 19. Facultas juridica Coloniensis in subscriptione consil. Cothm. vol. 3.* Resp. 39. *isti consilio statim annexa n. 242. ubi ita scribunt*:
4 (*)Id enim verum exauditur, quando jam constat, reum atrox exceptumq; crimen, de quo agitur, commisisse, aliter vero sentiendum, quando de eo nec dum constat, sed inquiritur adhuc. Tunc enim dilationes ad deliberandum, & Advocatus permitti debet, Ad quod *ibid. alleg. Marc.*

Mant.

Mant. sing. 15. Rol. à Valle cons. 12. lib. 3. n. 79. Collegium Patav. cons. 2. n. 151. Indicia
5 (*) esse communicanda, in criminibus etiam atrocissimis & læsæ Majestatis, probavi *inf. in caut. 2. tit. d. indic. tort. & confess. probat id Farin. dict. quæst. 39. n. 41. & quos ipse ibidem allegavit: Carer. in pract. crim. tit. de tortur. §. circa quintum n. 16. pag. 181. & §. circa quartum. n. 7. pag. 171.* Cui autem bono communicanda essent indicia, nisi ad
6 faciendas defensiones? Vbi (*) autem defensiones sunt permissæ, ibi quoq; nec Advocatus repellendus: Cum cæteris, ex hac
7 præsertim ratione, quia (*) Propter inopinatos carceres, & subitaneam status mutationem, rei ut plurimum ita sunt consternati, ut de ijs cogitare nec quicquam possint, præsertim si sint simpliciores. Ad
8 hoc (*) doctus Fisci Advocatus, in atrocissimis æquè, atq; in vulgaribus sua tela in re-
9 um convertit: Hoc (*) magis dandus est reo Advocatus, cum sit, quo ad defendendum, longè favorabilior: Qui si ei denegaretur, maneret indefensus, etiamsi habeat copiã
10 indiciorum vel maximè. Si (*) quispiam forte contrarium sentit, contra communem & iniquè sentit, nec ipsius sententia

tan-

tanto errori patrocinium præbere debet.
11 Vt hæc cautela reddatur illustrior, eam (*) exemplo, una atq; altera ratione declarabo. Si quispiam latro est captus, latrocinii crimen quidem non negans, sed prætendens, exercere latrocinia esse licitum: Vel si saga sive venefica fatetur quidem magiæ crimen, sed se defendere & excusare intendit, artem esse liberalem, vel se à diabolo deceptam: Hisce defensiones & Advocati recte denegantur: Cum excusationes eiusmodi sint prorsus frivolæ, absurdæ & contra jura manifesta. Si autem latro vel venefica crimen, quod neq; aliter est manifestum, negarent: Defensiones & Advocati sunt omnino concedendi: Nec propterea denegandi, quia crimen est atrox vel exceptum, de quo reus captus
12 inquiritur: Sed hac (*) ipsa de causâ judex promptior debet esse ad concedendum, & dandum ex officio, etiam non petenti: Quo enim major est defendendi necessitas, hoc minus defensiones adimere licebit: Eo autem est major necessitas, quo majus malum est illud, contra quod se quisq; est defensurus. Absurdum
13 juxta (*) ac ridiculum foret magnitudinem

nem criminis obiicere, ubi de eo non dum constat, & non est certum inquisitum vel accusatum ejus esse reum. Vt defensiones & Advocati non admittantur, non operatur arrocitas delicti, sed ejus notorietas, ut rectè dicit Farinac. *dict. quæst. n.* 109. *Idem lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 21. *n.* 77. *& seqq. ubi etiam dicit*: Iudex denegare potest defensiones & copias indiciorum in delicto notorio, vel quando ex actis, vel confessione rei constat, & certum est, nullam ei competere defensionem & excusationem: Secus si constaret de contrario, vel essemus in dubio, secundum magis communem, & per totum mundum practicatam opinio-
14 nem (*) Porro, ex juris & æquitatis naturalis ratione nemini præscindenda est justa defensio: Hæc autem ratio non cessat propterea; quia crimen imputatum est atrox & exceptum. Nonnemo retulit nuper in aliquo scripto publico exempla elegantia, & ut quilibet ideota errorem palpare queat, satis perspicua: Videlicet, si concessum est à jure naturæ, ut prohiberi non possim, ne me defendam ab

ictu

ictu cultri, multo minus igitur prohiberi
potero, ne me defendam ab ictu bombar-
dæ. Res erit indigna ſane, quam nec infan-
tes probare velint, ut ei contra vim peſti-
lentiſſimi ſerpentis manum liges, cui con-
15 tra morſum pulicis utramq; ſolvis (*) Vn-
de ſequitur, ut ſi jus nactus ſum â natura
defendendi me & purgandi â crimine mi-
nori, maximè jus habeam me defendendi
& purgandi â delicto majori ſive atroci:
Idq; ſi ſolus præſtare nequeo, auxilio Ad-
vocati, quem habere poſſum, optimi. Quæ
16 (*) bene ſunt attendenda judici, ſi conſci-
entiæ & honori velit conſulere, & pœnam
Syndicatus evitare: Notabunt quoq; illi,
quorum vel maxime intereſt notaſſe, non
tantum contra ideotas, ſed illos etiam, qui
ſibi eruditionem tribuunt: Hodie namq;
non raro, neſcio utrum ex errore (qui ta-
men judice erudito indignus eſt) an ex
malitiâ potius exempla contingunt, quæ
ſpeciatim tangere non attinet.

Cau-

Cautela XII.

Pro Principe, ne bona delinquentis confiscanda donet, vel donanda promittat Officialibus sive judicibus, ante delicti sufficientem probationem & legitime subsecutam condemnationem: Et ne officia habeat venalia.

SVMMARIA.

1. Ne donet princeps bona imputatorum ante criminis probationem, nec donanda promittat.
2. Illud enim iest contra non auditum & indefensum exequi.
3. Ad promittendum Princeps inductus, cum reo cassibus nequitiæ involvitur, & plurimus malis.
4. Princeps reo non potest auferre defensiones.
5. princeps officia vel Magistratus non habeat venales.
6. Emens officium vendit.
7. Qui moribus sunt integerrimi, muneribus sunt præficiendi.
8. Ex publico est constituendum salarium, & quare.

1 CAveat sibi Princeps quam maxime& tanquam â Gehennâ, ne Officialibus vel judicibus, ad cognitionem & coercitionem publicorum delictorúm constitutis, vel aliis etiam, qui reis nocere possunt, impu-

imputatorum bona, ante exactissimam criminis cognitionem & probationem donet, aut in eventum confiscationis donanda promittat. (*) Illud namq;, quid est ali-
2 ud, quam præposterè contra æquitatem & rationē naturalem, reclamantibus omnibus juribus, ante causæ cognitionem contra reum non auditum & indefensum exequi? Quæ tamen immanitas de Principibus, quos Deus Optimus Maximus virtutibus, & naturæ dotibus præ aliis plerumq; adornavit, excellentissimis, non est præsumenda: Hoc autem creditu non est usq; quaq; difficile, cuius rei exempla, in quæ tædiosè indagare non attinet, forte re-
3 periuntur: Fieri (*) enim potest, ut interdum etiam bonus Princeps Officialibus suis multum confidens, in eos liberalitatem exerciturus, nihilque mali suspicans, inducatur ad promittendum, in eventum confiscationis & condemnationis, bona criminosi, vel omnia, vel partem eorundem: Idque antequam reus convincatur, vel delictum probatum sit. Sed hoc ipso ipse Princeps inscius & delatus reus etiam innocentissimus, cassibus sæpe nequitiæ involvuntur, ma-

lis

lis ad explendam avaritiam & crudelitatis
libidinem panduntur fenestræ, pericu-
lum creatur insonti, eiusq; fortunæ bonis,
famæ & vitæ innumeræ struũtur insidiæ,
necessariæ defensiones, quas tamen nec
4 ipse (*) Princeps ex plenitudine potesta-
tis auferre potest, resecantur, ac tandem
injusta sequitur condemnatio innoxii
sanguinis profusio, & innocentum sup-
pressio iniquissima. Hinc porro tot cala-
mitates, devastationes, Rerumpub. ruinæ,
& translationes regnorum de gente in
5 gentem. (5) Caveant quoq; Principes,
ejusdem mali evitandi causa, ne officia
vel Magistratus habeant venales, quæ est
magna Reipub. & judiciorum corrupte-
la: *Petr. Gregor. in tract. d. Repub. lib. 2.
cap. 6. n. 17.* Namque dum ex vendi-
6 tione (*) eorum, compendium suum fa-
ciunt, non audent libere finem sportu-
lis imponere, & ut commodè dixit
Alexander Severus Imperator: Neces-
se est ementem vendere, quomodocun-
que damnum suum sarcire, cauponari-
rique administrando, quemadmodum

negotiatione consecutus est: Quapropter etiam *Alex. Imperator* honorem juris & gladii nunquam passus est vendi: Quod refert *Hieron. Cagnolus in tract. d. rect. Princip. instit. n 115.* ubi hæc quoq; mo-
7 net principem: (*) Eos ascifcas, non qui plurimo emant, non qui inprobissimè ambiant, non qui cognatione vel gloriâ aliqua â te impetrent, Sed qui moribus sint integerrimis, & adfunctionem mandati muneris aptissimi. Succurat illud Claudiani in laudem Honorii:

Cumq; suo demens expellitur ambitus auro

Non dominantur opes, non corrumpentiâ sensus

Dona valent. Emitur sola virtute potestas

8 (*) Quapropter Princeps suis officialibus & judicibus ex publico salarium constituat sufficiens, ex quo commodè vivere & lucrari possint, & abstinere â subditorum loculis: *Speck. cent. 3. Class. 3. quæst. 21. n. 7.* Ne jurgia partium sint præda judicum.

TITV-

TITULUS SECUNDUS.

De Inquisitione & Accusatione.

CAUTELA I.

De Inquisitione in genere pro judice, ne inquirat in levia.

SUMMARIA.

1. Tutius est ab inquisitione delictorum levium abstinere.
2. In eorum inquisitione magis marsupia inquiruntur quam delicta.
3. Unde impugnari potest, & judices parti vexatæ tenentur ad expensas.

NOn raro vidi judices in levia crimina, quæ tamen nulla pœna sanguinis vel corporis afflictiva coercentur, inquisivisse quam accuratissimè: A
1 quo tamen (*) abstinere tutius arbitrantur Iurisconsulti *Damboud in pract. crim. cap. 8. n. 6. & 7. Cothman. vol. 3. Resp. 29. n. 130.* ubi adhoc allegat *art. 6. const. crim.* pro
2 hisce enim delictis magis (*) marsupia inqui-

quiruntur quam delicta, & Deus avaros perdit judices: Insuper inquisitio regulariter est prohibita, & regulariter non debet judex inquirendo molestare subditos: *Bertrand. vol. 3. part. poster. cons. 64. n. 2.* quia facile contingit, ut inquiratur indebitè, &
3 tunc (*)judices parti vexatæ tenentur ad expensas & interesse, maximè quando apparet de culpa eorundem, *l. filiusfamilias ff. d. judic. Cason. tr. de inquisit. cap. 8. n. 4.* quod ad novam editionem exscripsit. *Rosb. vel sub eius nomine alius in proc. Crim. tit.* 1. *de inquisit. cap. 12. n. 4. & 5.* Plura de eo vide in cautela *8. hoc tit.* Impugnari quoq; potest inquisitio ab inquisitis, quod nimirum crimina, de quibus facta est, sint levia & dissimulanda: Secundum *Speculat. tit. de inquisit. §. 1. ab init. Lancellot. de off. Prat. in caus. crim. rubr. d. inquisit. n. 39.*

Cautela II.

Pro judice ad cadaver suspectos deducente.

Summaria.

1. Cadaver occisi, propter præsentiam occidentis sanguinem effundit.

San-

2. Sanguis clamat vindictam: Quanti id à judice faciendum.
3. Judex cur intra septem horas hoc indicio uti possit, sed ad inquirendum tantum.
4. Variant tamen exempla, & an tali indicio confidendum: usq ad fin.

SOlent judices in inquirendo suspectos
1 ad cadaver deducere, quod (*) propter præsentiam occidentis vel occidentium (ut ferunt) sanguinem effundit: Ab hac experientia non esse recedendum docet *Paris. de Puteo cap. Mandavit in fin. Blanc. de indic. n. 408 & Arist.* ait hoc esse opus divi-
2 num & naturale: quia (*) sanguis clamat vindictam contra interfectorem, *vid. in problem. c. de naribus*: Sanguis de terra clamat & exposcit vindictam *Gen. 4. Boer. decis. 166.* ab init. Quæ tamen tanti non faciat judex, ut sine aliis urgentibus indiciis ex hoc solummodo ad torturam properet, cũ sit levissimum & incertissimum: Fieri enim potest, ut sanguis, qui in venis delituit, agitato motoq; corpore, & venarum oris reseratis erumpat, vel casu sanguinolentus liquor per os, nares, oculos aures infernasq; sedes emaneat: *Matt. Steph. in cent. quæst. jur. ad instit. cent. 4 quæst. 17.* etiam præsentibus amicis vel quibuscunq; ut paulo post probabitur.

 Cum

Cum quoq; calor occisi non reservetur ultra septem horas, judex (*) intra hoc tem-
3 poris spacium id indicii experiatur, sed ad inquirendum tantum *Cason. de indi. & torm. in proem. cap. 3. Hippol: d. Marf. pr. crim* §. *Diligenter n.* 181. ubi refert aliquod exemplum, quod ipse, cum esset Gubernator civitatis Albinghanæ, vidit cum admiratione, & homicidam, postquam delictum
4 esset plene probatum, condemnavit (*) *Boer. dict. decis.* adducit exemplum, quod post octiduum à matre occisus puer, ea inspiciente, sanguinem é naribus emiserit; Et aliud *ex Petr. d. Apon.* quod duobus mensibus post exhumatus, sanguinem, homicida supra eum transeunte, ex plagis emiserit. *Iac. Martin. in disp. d. cognitione sui, probl.* 8. *ex Crusio*, ita refert: Est Johannes Albuserus in Stultzbergio interemptus: latuit percussor post mensem: iterum die Martis fratres & propinqui cæsi duos aucupes Kelenbergicos in provinciale judicium rapuerunt & cædis accusarunt: Illi sese innocentes affirmarunt. Dicta est sententia ut jurejurando se purgarent, duobus digitis, inter quos lana alba, in vulnus impositis. Factum id à priore est, nec quicquam indicii

cii conſpectum: altero vero jurante rube-re cœpit vulnus, & ſanguis exire per pedes defluens, numeroſo populo cernente. Cædis autor confirmatus, ſupplicium ſubiit. Verum *Iacob. Mart. dict. loc.* tali indicio nihil tribuendum cenſet: Idq; ex hac ratione, quia quando incipiunt humores cadaveris putreſcere, illa putredo eſt â calore externo, & calor putredinis cauſa ſimul generat ſpiritus, ſpiritus illi calidi ſe permiſcent ſanguini in vaſis contenti, eumq; frigore antea concretum iterum reſolvunt & attenuant: Atq; hinc ſæpius accidit, ut altero vel tertio die poſt mortem non tantum vividum repræſentet colorem cadaver: Verum etiam attenuatus & Spiritibus permixtus ſanguis exitus atq; meatus quærat, donec tandem, vel per nares, vel per inflictum vulnus prorumpat & extra corpus profluat: quod certe contingere poteſt, tam præſentibus amicis, quam hoſtibus & homicidis. *Matt. Steph. ſupra dicta quaſt.* ſentit, quod aliis, iisq; urgentibus adminiculis concurrentibus, propter dictum judicium, judex accuſatum torquere debeat, ſi modo præternaturali ſanguis ex plaga exprimatur; Quæ quidem ſententia non eſt

 usq;

usq; quaq; spernenda : imo rationabilior est ad torquendum, quam Opinio Casoni ad inquirendum : Namq; hic tantum ex eo, quod naturale est, & contingere potest tam amico, quam homicida præsente, fallibilius sumit indicium : Ille autem conjunctis aliis modo præternaturali, qui aliquid divini operis exhibet : Verum quomodo judex certo est sciturus, modo naturali, vel præternaturali sanguinem effluere, ne injuriam inferat reo ad quæstionem abripiendo, etiam adhibitis peritis, qui tam in occulto negotio, & titubant, & discrepant? Quapropter tutius erit, sæpe dicto indicio nihil confidere & suspectum ad cadaver non deducere : nisi forte in hunc finem, ut aliud indicium eruatur, puta, si motum cadaver sanguinem effundat, & inspiciens suspectus expavescat ilico, & exalbescat : Ex eo tunc oritur indicium, quod quibus conjunctis sit sufficiens ad torturam vide apud *Cason. d. indic. cap. 7. de pallore & trepid. n. 2.*

CAUTELA III.

Ad evitandam inquisitionem, quæ quoque ex praxi hodierna obtineat.

SUMMARIA.

1. Inquirere solet plerumq; judex ex officio.
2. Quomodo evitari possit inquisitio.
3. Num accusatione, an inquisitione plenius sit consultum Reipub. judex respicere debet.
4. Ad accusandum si parti offensæ non fuerit præfixus terminus, judex ad inquisitionem progredi nequit.
5. Hodie id non obtinet.
6. Inquisitio hodie non est remedium extraordinarium sed ordinarium.
7. Fiscalis hodie in quocunq; crimine regulariter est accusator.
8. Cautelæ propterea cessantes indicantur.

IVdex in causis criminalibus procedere
1 (*) potest ex officio, & hodie plerumq; solet per modum inquisitionis, quod est notissimum *c. qualiter & quando d. accusatione l. 2. §. si publico & ibi Bart. ff. d. adult*: Ad eam effugiendam (*) vide-
2 at inquirendus, ut offensus de medio amicorum eum accuset. *Ant. Blanc. caut. 13.* quam tamē cautelam parum vel plane nihil profuturam in aprico est, ubi judex prævari-

varicationem subolfecerit: Quapropter sit
3 cautus ille, (*) & videat num accusator suam, suorumve injuriam prosequatur, num Fisco & Reipub. sit per accusationem, an per inquisitionem plenius consultum: Si per hanc non cessabit judicium inquisitionis: Ad quod omnino videatur *Salicet. in l. ea quidem C. d. accusat. Boss. tit. d. inquisit. n. 18. 19. & 20. Et tit. d. denunciat. n. 17.* ubi de praevaricatione denunciatoris: vel num inquisitus fecerit se accusari dolo in curia, in qua minor poena imponitur. *Pacian. cons. 4. n. 42.* vel opponatur, si exactis non
4 apparet (*) personam offensam vel aliam cujus interest non esse citatam, nec ei statutus terminus deliberandi, utrum accusare velit an minus: Hoc enim si neglexerit judex, ad inquisitionem progredi nequaquam potest. *Gloss. in c. Presbiter si à plebe 2. q. 5. Bald. in l. Senatus C. qui accusare non poss. Capoll. caut. 25. Boss. tit. d. inquisit. n. 68.* Quamvis autem dicta cautela sit juribus
5 communibus suffulta: (*) Hodie tamen, quia multa de juribus antiquae accusationis iverunt in desuetudinem, ex consuetudine & praxi criminali contraria, superflua est & nullius effectus *Iul. Clar. in pr. crim.*

§. *fin.*

§.*fin. quaest.3.verf.9.* Ex ratione, quod hodie unus modus procedendi alterum non impediat, & in quocunq; casu permissum sit judici ex officio inquirere. *Clar. d.loc. Gand.d.malef.in tit.quomodo cognosc. d.malef.per inquisit. vers.sed hodie Bald. in l. ea quidem C.d.accusat.Card. Alex.in c.de accusatione q.8.Ioan.And.in addit. ad Specul. in tit.d.inquisit.in princ.Iohan.Fab. Inst.d.pub. jud.in prin.* (*) Et processus inquisitionis non sit amplius remedium extraordinarium sed ordinarium, perinde ut accusatio *And.d.Pisis relatus per Bald. in l. 1.§. in initio,vers.sed nunquid ff. d. off. praef.* (*) Et in quocunq; crimine hodie regulariter fiscus efficiatur accusator. *Iul.Clar. d. quaest.3. vers.6.* Vnde si comparet accusator suam, suorumve injuriam prosecuturus, non quidem excluditur â prosecutione suae injuriae, pariter tamen procedit judex super inquisitione ex officio, accipiendo informationes, & examinando etiam testes non productos vel â parte subministratos: Propterea etiam cessat collusionis suspicio, atq; si accusator colludit, non colludit justus judex. *Iul.Clar.d.quaest.vers.7.* (*) Consequenter cessat *cautela Bart. in l. inter ac-*

cusa-

cusatorem n.8.ff.d.pub.jud. scilicet, ut facta accusatione, judex faciat sibi dari licentiam ab accusatore ulterius procedendi: *Vide Clar.dict.quaest.vers.8. & ult.* item cautela, ut praefigatur parti offensae terminus, intra quem si non accusaverit, amplius non admittenda: *Clar.ibid. Boss. in tit. d.inquisit.n.68.& tit.de citat.n.41.*

Cautela IV.

Pro marito uxorem adulterii accusaturo ut lucretur dotem.

Criminaliter potest uxor adulterii accusari & civiliter: Si autem Maritus elegerit accusare civiliter, tunc, separatione facta quoad thorum, coram magistratu Ecclesiastico, lucratur dotem secundum *g l. fin. Auth. sed hodie ad l. Iul. C. de adult:* Si criminaliter secus est, secundum *d Auth. vide Bald. cons. 221. vol. 2. Castr. cons.127.p.2. Ant. Guib. Costa d. dote cap. 6. n.24.*

Cautela V.

Ad annullandum proceſſum ratione inquiſitionis, contra univerſitatem, & pro inquiſitore ad id præcavendum.

SUMMARIA.

1. Quid obſervandum quando proceditur contra univerſitatem, ut proceſſus valeat
2. Inquiſitio contra univerſitatem non valet, niſi ab inquiſitore vel accuſatore articulatum & probatum ſit, eam deliberato conſilio deliquiſſe.
3. Etiamſi levato vexillo & pulſata campana juverint.
4. Practica Bartoli.
5. Etiamſi major pars, aut totus populus deliquerit.
6. Tenentur autem particulares homines intervenientes.
7. Quomodo dicatur univerſitatem ratificaſſe delictum.

QVando contra univerſitatem agere
1 quidam intendit, obſervet (*) de forma eſſentiali hoc in paſſu eſſe, ut incipiat inquiſitio generalis in authores delicti, his demum non repertis devenitur contra univerſitatem :, alioquin ſi ex abrupto contra eam inquiritur, hoc non obſervato, proceſſus non valet nec

nec condemnari poteſt univerſitas *Marant. de inquis. part. 6. n. 11.* ubi dicit ſe exinde plures proceſſus feciſſe annullari & univerſitates abſolvi. In eo quoq; cautus
2 ſit (*) Syndicus uniuerſitatis inquiſitæ vel accuſatæ, utrũ ab Accuſatore articulatum & probatum ſit, eã deliberato propoſito & conſilio deliqũiſſe, ſin minus, inquiſitio contra univerſitatem non procedit, Sed contra iſtos homines ſingulares, qui illud fecerunt. *Bart. communiter approbatus in l. aut facta §. Nonnunquam fin. n. 9.* ubi addit:
3 (*) Plus dico, quod ſi omnes homines de univerſitate levato vexillo, & pulſata campana iverunt ad hoc faciendum (loquitur in ſpecie de homicidio) quod non dicatur delinquere univerſitas, ſi deliberatio non præceſſerit, quæ eſt communis opinio: *Abb. in c. dilectus cl. 2. n. 13. Dec. conſ. 221. n. 2. verſ. hoc confirmatur. Hippol. de Marſ. in pract. crim. §. conſtante. n. 47. Io. d. Lign. in*
4 *cl. 1. d. poen* qui dicit (*) ſe ex hac doctrina Bartoli, defendiſſe cum maximo honore civitatem Bononiæ coram Papa, ut non poſſet civitas tanquam rebellis puniri. *Boſſ. in pr. crim. tit. banniri qui poſſ. n. 1. Corn. conſ. 224. lib. 4. Iul. Clar. in pr. crim. §. fin. quaſt.*

quæst.16.verſ.ulterius quæro 7. Carer. in pr. crim. de homicid. § *circa ſecundum n. 1. & 2.* ubi (*) dicit & probat, tunc non deliquiſſe univerſitatem, quando absq; præcedente conſilio deliberato, habito tractatu, in loco & more ſolitis, etiamſi duæ, aut major pars, aut fere totus populus & homines, deliquerunt, cum vexillis ſono campanæ, vel vocibus acclamando: Arma, arma, carnem, carnem, Propter infantes, impuberes & alios innocentes: Teneri (*) autem
6 particulares homines intervenientes tanquam ſeditioſos, non alios: Etiamſi interveniſſet conſenſus conſulis, & aliorum officialium vniverſitatis. *Maſcard. d. prob. Concl.1421.incip. vniverſitas.n.7.& 8.* Quid ſi dicatur ab accuſatore, vel inquiſitionales
7 arguant (*) vniverſitatem ratificaſſe delictum? Similiter advertat Syndicus eiusdem, delictum reſultans ex ratificatione, eſſe delictum in faciendo (quod propterea notandum, quia delictum vniverſitatis in omittendo, ut ea teneatur, non requirit aliquem actum extrinſecum ſive convocationem) Cum ratificare ſit factum: Ergo perinde requiritur convocatio, propoſitio, conſilii, deliberatio & certa ſcientia: Quæ

scientia est etiam articulanda *Dec. conf. 437. n. 3. Cacheran. Dom. Osasc. in decis. Pedemont. decis. 138. n. 27. & 28.* Quæ bene sunt notanda, ubi imprudens vulgus & rerum imperita plebecula limites excesserunt.

CAUTELA VI.

Pro militibus ne finito bello propter delicta in eodem perpetrata criminaliter inquirantur vel accusentur.

SUMMARIA.

1. Quomodo à militibus impetranda gratia omnium delictorum bello mox finito.
2. Remitti possunt à Principe factæ extorsiones propter favorem pacis ineundæ.
3. Quæ autem Principis gratia generalis ad immanissima scelera non extenditur.
4. In dubio mens Principis talis esse præsumitur, qualis de jure esse debet.
5. Impetrantes veniam delictorum à Principe nihilominus habent Deum ultorem.

1 QVando (*) bellum mox erit finitum & tractatur de ineunda pace, tunc illi qui sibi propter commissa delicta & aliis suis amicis metuunt, omnem moveant lapidem, ut generalem militibus impetrent gratiam omnium delictorum durante

rante bello perpetratorum, quod etiam ſuo tempore factum meminit *Boſſ. tit. Quomodo procedatur per action. in delict. n. 41.* ſi tamen in literis gratiæ dicatur quod ſolummodo remiſſa ſit criminalitas, intelligitur id reſpectu ſententiæ non proceſſus: Et tunc nihilominus poſſunt fieri in carcerem detruſiones & quæſtiones *Par. d. Put. in tract. Syndic. char. 64.* cautè igitur agant, qui haſce remiſſiones componunt ut clarè intentionem Principis aſſequantur:
2 (*) Poſſunt etiam â Principe propter favorem pacis ineundæ remitti militibus extorſiones â ſubditis factæ, & damna tempore belli illata ne remaneant actiones civiles nedum criminales. *Iaſon. in l. conventionum ff. d. pact. & in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſthum. Boſſ ſupra dict. loc. n. 42. Pruk. d. Regal. § ſoluta poteſtas c. 4. membr. 2. eff. 3. fol. 41. Gail. 2. Obſ. 57. & d. Pac. pub. lib. 2. cap. 19. n. 25. Mynſ. 4. Obſ. 9. Cagnol. in l. idq; noſtrum d. R. I* modo pax publicæ utilitati expediens aliter haberi nequeat, *Gail. dict. obſ. n 5*
3 (*) Ego autē dictā Principis generalē remiſſionē & gratiæ

conceſſionem ad immaniſſima & omnem humanam cogitationem ſuperantia, hodierni temporis perditiſſimi, ſcelera non extendi nullus dubito: quo faciunt *Rom. in l ſi quis in gravi §. hi quoq; ff. ad Syl. Marſ. in pract. crim. §. diligenter n. 161. Io. Mar. Montic. in aſſert. pract. crim. reg. 8. n. 30.* Veriſimiliter enim de illis Princeps non cogita-
4 vit: (*) in dubio autem mens Principis ſemper præſumitur talis, qualis de jure eſſe debet: *Ita Bald. in l. ex facto, in prin. in 3. notat. & ibi ſimpliciter Alex. ff. d. (vulg. & pupill. ſubſtit.* Et Princeps nunquam concedit non concedenda. *Bald. in præludi feud. in 9. col.* præſertim cum talia ſint, quæ nec ipſe remittere nec quicquam contra diſpenſare poſſit, ſed potius ad ſedandam
5 divinæ Majeſtatis iram ardentiſſimam ſunt punienda quam ſeveriſſimè: (*) Hoc quoq; meminerint milites, quamvis ſuorum enormium delictorum veniam à Principe ſint nacti, nihilominus ſe Deum ultorem habituros, nec in foro conſcientiæ, adverſus quam nemo mortalium, nec ſummus Princeps, diſpenſare poteſt, tutos eſſe poſſe.

CAUTELA VII.

Pro judice inquirente in casu homicidii.

SUMMARIA.

1. Qualitas & quantitas vulnerum, armorum genus & aliæ circumstantiæ ad acta scribi debent.
2. Inspectio cadaveris debet fieri per medicos vel peritos.
3. Alioquin processus redditur nullus.
4. Medici & Chyrurgi jurati & specialiter constituti in quovis casu ut jurent, non est necesse.
5. Nec tenentur deponere de veritate sed de suo judicio & credulitate. Et quando secus.
6. Alii testes non sunt idonei ad probandum, an vulnera sint lethalia.
7. Tutius tamen est, ut alii testes prius examinentur, de variis circumstantiis, quam artis periti.
8. Quod si est neglectum medici relatio non valet.
9. *Quid* de eo praxis Rom. Imperii observet.

QVo graviores sunt causæ criminales, eo circumspectiores debent esse judices & cautiores, ne homicidas inquirendo homicidæ fiant:
1 (*)Cadaver itaq; occisi accurate inspiciatur, ut & qualitas & quantitas vulnerum, quæ sint corporis parte, quo armorum genere illata, quæ vul-

 nera

nerum, qua sint corporis parte, quo armorum genere illata, quæ vulnera causam mortis præbuerint, cum aliis circumstantiis, si quæ præterea apparent, ad acta scribantur: vide quæ tradit *Menoch. d. Arb. jud. lib. 2. cas. 275. Iul. Clar. pract. crim. §. fin.*
2 *quæst. 4. vers. 4.* (*) Cum autem judices raro hujus rei sint gnari, propter religionem judicandi & damnandi periculum, eiusmodi inspectio fiat per Medicos sive peritos, qui jurato ad acta deponant: *Dida. lib. 2. resolut. cap. 13. n. 4. Felin. in c. proposuisti n. 15. de probat. Bart. in l. fin. ff. d. sicar. n. 12. & in l. damni §. Sabini ff. d. dam. inf.* Inde cōstabit facilius de vulnerum lethalitate &
3 occidendi proposito. (*) Hoc si non ita observatum in processu apparet, is tanquam propter omissionem formæ substantialis redditur nullus *Cason. d. indic. & torment. cap. 2. n. 7.* Nec tamen necesse est, ut tales Medici sive periti sint Medicinæ Doctores, nam ad curam eiusmodi vulnerum solent adhiberi Chyrurgi & Barbitonsores
4 res *Boer. decis. 323. n. 12.* (*) Nec ut in quovis casu visitationis jurent, quando specialiter ad hoc constituti sunt, & in initio offi-

officii ſeſe, ſemel juramenti nexu obſtrinxerunt: *Maſcard. concl. 1037. n. 36. Speckh. cent. 3 claſſ. 2 quaeſt. 13. n. 10.* Sicuti civitates plerumq; habent Phyſicos & Chyrurgos juratos *vide Iul. Clar. lib. 5. ſent.* §. *homicidium verſ. 43.*

5 (*) Nec tenentur præciſe deponere de veritate, ſed de ſuo judicio & credulitate *Anan. in ca ſignificaſti n. 13. de homicidio. Iaſ. in rep l. admonendi n. 237. ff. de jureiur. Iul. Clar. dicto loco.* Cujus formula extat *in ord Cam. part. 1. tit. pen.* niſi forte vocentur in teſtimonium ſuper eo facto, de quo poſſit haberi infallibilis veritatis notitia: quia tunc non ſufficit eos jurare de credulitate, ſed de veritate jurare tenentur: *Gail. 2. obſ. 111. Mynſ. cent. 6. obſ. 34. n. 12. & ſeqq.*

6 (*) Alii vero teſtes, præter peritos Medicos & Chyrurgos non ſunt idonei ad probandum, utrum vulnera ſint lethalia, nec ne *Muſcatell. tract. de cog. & prob. delict. in ſpecie de vuln. lethal. vel non. n. 15. & ſeqq.*

7 (*) Quanquam prudenter agat judex, & ſecundum praxin hodiernam tutiorem, ubi alios teſtes prius examinat, an vulnus ſit lethale, an leve, ſuo judicio, vel de fama, cujus

magnitudinis, faciendo interrogatoria de multis qualitatibus, videlicet an occisus fuerit percussus cum magno lapide, magno fuste seu ligno, ense vel alio instrumento: An in capite vel alia corporis parte, quibus præcedentibus, sequantur Medicorum relationes: *Muscatell. dic. loc. n. 22. & seqq. usq. ad n. 28.*
8 (*) Et nisi hæc diligens inquisitio præcesserit, & ad acta redacta fuerit (quæ etiam cautela notetur pro judice vel assessore) Medici relatio non valet: *text. & ibi Bart. in l. semel C. d. re milit. Gothf. in not. ibid. allegans Corset. in singulari, Medicus.* Addit *Musc. dic. loc. n. 25.* Et ita credo observari in omni foro, ut experientia docet, nullam enim puto reperiri posse inquisitionem, quæ solo Medicorum testimonio fundetur, absq; alia depositione aliorum testium adminiculantium & comprobantium Medicorum attestationes: Quæ sententia hac fortasse nititur ratione præcipua, quam refert *Speckh. d. q. n. 16.* quod nimirum soli medici sive periti facile corrumpi possint, vel ita deponere, ut effugiant culpam malæ curationis *ex Iul. Clar. §. homicidium vs. 43.* Verum si procedat judex secundum *Constit. crim. Imper.*

art. 149. ut omnino tenetur, ut nimirum ipse, cum duobus Scabinis, judicii Notario & simul adhibitis medicis, vulnera occisi diligenter inspiciat, & ejus qualitates ad acta redigat: res caret periculo; Et tunc aliorum testimonia de circumstantiis vulnerum non sunt necessaria: quod etiam praxis Rom. Imp. observat.

Cautela VIII.

Pro judice, deficientibus legitimis indiciis, in aliquem de crimine atroci suspectum inquisituro.

SUMMARIA.

1. Utile est multos in civitate accusatores esse.
2. Contra id imaginatio plebis vanissima.
3. Testes non deponunt de facili ad offensam.
4. De corpore delicti ante omnia constare debet, alioquin est inquisitio nulla.
5. Quando nulla sunt indicia ad inquirendum, judex procedere nequit.
6. Non creditur ei asserenti famam præcessisse.
7. Inquisitio nulla non convalidatur per testes, postea receptos, quibus delictum plene probatur.
8. Nec per subsequentem confessionem.
9. Pœna judicis indebitè inquirentis.
10. Inquisitio de conscientia Principis vel ejus qui Principis loco est, non invalidatur etiamsi fama vel alia indicia non præcesserint.

11. Tunc autem requiritur, ut delictum sit atrox.
12. Et ut motu proprio non ad partis postulationem Princeps mandet procedi.
13. Et ut clarè asserat ad suam notitiam pervenisse, inquirendum deliquisse.

1 MVltos in civitate accusatores esse, utile est, ut metu contineatur audacia:
2 *Cic. pro Rosc. Amer.* Verum (*) hodierni seculi mortales, præsertim de plebe, multos hæc occupat opinio vanissima, vt, nisi sint ipsi extremè offensi, opinentur, quicquid potius ferendum, quam facinerosum judici deferendum vel accusandum, ne proditores (quæ est ipsorum stulta imagina-
3 tio) passim audiant: Vnde (*) etiam testes non de facili deponunt ad offensam in causa criminali. *Iul. Clar. pr. crim. §. fin. quæst. 6. vers. 11.* Quidam, ubi vident rixas suboriri, vel delictum percipiunt perpetrari, subducunt sese, ne contra delinquentes postea cogantur testimonium perhibere: Quapropter sæpenumero contingit aliquem magni, vere tamen commis-
4 si criminis (de (*) cujus corpore pro ratione delicti ante omnia judici constare debet: *const. crim. art. 6.* Hoc enim est de forma essentiali inquisitionis & accusationis,

tionis, qua omissa ipsa inquisitio vel accusatio est ipso jure nulla, & omnia quae sequuntur *Cas. in tract. de torment. cap. 18. n.*
5 *8*) esse suspectum, (*) adversus eundem autem non extant sufficientia indicia, ad inquirendum, exinde judex procedere ne-
6 quit (*) vsq; adeo, ut nec ei credatur asserenti in inquisitione, famam praecessisse, nisi de ea aliunde appareat per testes examinatos: F*ulgos. cons.* 107 *col. 2. & cons.* 136. *in 6. column. Ang in l. si vacantia n.* 182 *C. de*
7 *bon vacant.* (*) Et cum talis inquisitio ob defectum famae vel aliorum indiciorum sit nulla, ut etiam non convalidetur per testes postea receptos, quibus delictum plene esset probatum. *tex. in cap. inquisitionis* § *tertiae dubitationis Decretal. d. accusat. Spec. in tit. d. inquisit.* §. *nunc videndum n.* 6. *ubi* Bald. *in addit.* Gig. *de crim. laes. Maiest. lib.* 1. *quaest. 9. n. 3. tit. qualit. in crim. laes. Maiest. procedatur Mars. cons 25. n. 6. cons. 48. n.* 12. *cons. 49. n. 7. cons. 50. n. 2. cons. 53. n. 5. cons. 63. n. 3. cons. 64. n. 5. cons 76. n. 9. cons. 79. n. 2. cons. 82. n.* 17. *& in pract. crim.* §. *constante n.* 12. *Grat. cons. 59 n. 7. vol.* 2. *& cōs.*
8 *74. n. 7. eod. vol.* (*)Nec cōvalidetur per subsequentē confessionē. *Grat. ibid. q; sequitur* Rol. *cons. 57. n. 25. vol. 4. & cōs 3. n.* 12. *cons.* 17.

vol.3. Ioan. Marian. Montic. in pract. crim. reg. 1. n. 32. Decian. *cons. 18. n. 38. vol. 1.* Nec statutum in contrarium valeat. *Marsil. in d. §. constante n. 13. cons. 79. n. 5. cons. 78. n. 5. Decian. d. cons. 18. n. 4. lib. 1. Hieron. Magon.*
9 *in terminis decis. Lucens. 22. per tot.* (*) Tenetur judex parti vexatæ in Syndicatu ad damna, expensas & interesse: *Amod. d. Syndicat. n. 139. Bald. in rubr. C. d. poen. jud. qui mal. judic. Farinac. d. inquisit. quæst. 9. n. 10.* Et criminaliter arbitrio judicis punitur. *Farrinac. d. accusat. quæst. 25 & seqq. Bald. in rubric. C. d. ped. jud. in prin.* Anton. *d. But. in c. cum dilecti de dol. & contum. Cyn. & Bald. in l. Sancimus in quæst. 3. Cod. d. judic.* Cum tamen intersit Reipub. ne delicta, præsertim atrociora, maneant impunita notetur cautela A*ngel. in tract. d. malef. in verb. fama publica*: Vt nimirum judex faciat in-
1o quisitionem (*) de conscientia Principis, vel Regentis civitatem, vel regionẽ quandam, qui Principis loco habetur, & curet idipsum scribi ad acta & quod Princeps expresse dixerit sibi de delicto & eius fama constare: *Hip. d. Mars. §. constante in pr. crim. n. 22. Marant. part. 6. tit. d. inquisit. n. 25.* Alex. *cons. 180. n. 11. 2. vol.* Roland. *cons.*

94.

94.n.31.vol.4. Talis inquisitio, etiamsi fama vel alia indicia non præcesserint, invalidari nequit: *Vide Bald. in l. nullus C. ad leg. Iul.* Maiest. *gl. in c. 2, de accusat. in 6. Innocent. in c. cum oporteat. d. accus. Ang. de malef. in verb. quod fama publica n. 5. Dec. cons. 18. n. 44. lib. 1. Hip. d. Mars. cons. 78. n. 8. vol. 2. & in pr. crim. §. constante dict. n. 21. & 22.* Hæc
11 autem (*) cautela ut adhiberi possit, requiritur ut delictum sit atrox, *addit Menoch. d. arb. jud. quæst. lib. 1. quæst. 78. n. 4. & 5.* ut
12 Princeps (*) mandet procedi motu proprio, si enim ad partis postulationem id
13 fit, secus est: Item, ut (*) clare princeps, asserat, ad suam notitiam pervenisse, quod inquirendus deliquerit: Vide ibidem quoque allegatos D*d.* & *Iul. Clar. in pr. crim. §. fin. quæst. 6. vers. 8.* ubi dicit & refert *ex Aug. ad* A*ng. d. malef. in verbo, Fama publica:* sæpe multos peritos & Advocatos in eo errasse.

Cautela IX.

Pro inquisitoribus & Actuario circa examinationem testium.

SVM-

SUMMARIA.

1. Notatur imperitia examinatorum testium & Actuariorum, qui monent testes de contradictione.
2. Vnde testes dicta in consonantiam torquent, quod est in criminalibus periculosissimum.
3. A suggestione abstinendum, & quare
4. Alii non scribunt dicta testium per extensum, unde impugnantur.
5. Testis dicens contenta in articulo esse vera, vel simile, non probat.
6. Constantia trepidatio & rationes annexæ cōsiderandæ sunt;
7. Testis dicens veritatem esse sicuti alter testis deposuit non probat.
8. Contraria consuetudo irrationabilis maxime in criminalibus, & male consulit conscientiæ n. 10.
9. Licet in dicto testes convenire videantur, tamen circumstantiæ varietatem afferre possunt.

Vidi interdum & Audivi Actuarios & examinatores testium præter offici-
1 cium in ipso examine, ut (*) conciliarent dicta testium fuisse curiosos idq; non tam ex malitiâ quam imperitiâ: Qui quando testis dum forte facti circumstantias aliter deponit, quam paulo ante deposuerat, respicere soliti sunt ilico ad retrodicta, & ubi reperiunt ea non plane concordare,
2 monent de contradictione testem: (*)

Qui

Qui exinde vel ante, vel poſtea dicta revocat, vel tunc ex quadam præmeditatione ita ſe explicat, ut depoſitiones ſuas in conſonantiam torqueat: Quod ſi ad protocollum candide referretur, variis eſſet vitiis ejuſmodi teſtimonium obnoxium: Nec importunè opponeretur, quod eſſet ſcilicet ſibi contrarium *c. veniens 2. ext. d. teſtib. Ferrar. in form. oppon. cont. teſt. verb. invicem cont. l. 2. & ibi gl. ff. d. teſt.* Præmeditatum vel compoſitum: *Spec. d. teſt. §. 1. n. 81. Rosb. in pr. civ. tit. d. excep. cont. dict. & perſ. teſt.* Verum cum hoc ſit in civilibus alterutri parti injurioſum, juxta ac periculoſum, in criminalibus eſt longè periculoſiſſimum, (*) ubi ab omni informatione & ſuggeſtione ſanctæ ſunt abſtinendæ manus, ne homicidas quærens fiat ipſe homicida: Huc repetantur quæ allegavi *in Cautel. 11. de indic. tort. & confeſſ.* Quapropter cauti Actuarii & examinatores, Deum & juſtitiam ſuſpicientes, ab iis ſibi cavent vel maxime: (*) Contra pleriq; alij, ad evitandum laborem, non ſcribunt depoſitiones teſtiũ per extenſum, quod fieri debet, *Hoſt.*

in

in ca. nihil obstat n. 6. & 7. d. verb. sig. Re-*buff. in tract. d. testib. tit. 1. gl. 10. n. 69.* Fari-*nac. lib. 3. tit. 8. de oppos. cont. exam. test. quæst. 80. opposit. 39.* Vnde non raro impu-gnantur & invalidantnr, quod tamen præcavere erat diligentis & fidelis Actuarii:
5 Testis (*) enim dicens, contenta in articulo vera esse, non probat: Cum eius dictum non sit scriptum per extensum: *Bertach. in repert. in verbo, testes deponunt*: Itidem malè faciunt Notarii scribentes: Testis dixit vera esse quæ in articulo continentur: Qui hoc modo non quærunt de his, quæ arti-
6 culis sunt inclusa, nec annotant (*) sermonem, vocem testis, annexas dicti rationes, constantiam & trepidationem: Quæ tamen consideranda sunt judici *Viv. opin.*
7 *962. n. 1. Farin. dict. loc.* (*) Nec quicquam probat testis, in sua depositione dicens, veritatem esse, sicut alter testis deposuit: Scripto enim per Notarium testimonio unius testis per extensum, si in alio testimonio idem Notarius per pigritiam scripserit: Dixit & deposuit, prout primus dixit & deposuit, talis depositio relativa ad depositionem alterius, nō valet, nec â jure probatur: Veluti concludit *Host. d. c. nihil obstat n. 2. & seqq.*

& seqq. de verb. sig. Rebuff. d. tract. d. test. tit. 1. gl. 10. n. 69. Boss. in tit. d. opposit. cont. test. n. 23. & n. 87. Contrariam (*) consuetudinem esse irrationabilem iniquissimam & nutritivam innumerabilium fraudum & falsitatum, præsertim in criminalibus, dicit. *Viv. Opin. 962. n. 1. & 3.* Quam etiam improbat *Gail. 1. obs. 104. n. 5.* ubi, quod Notarii malè & imperite, cum periculo partium & causæ controversæ, studeant brevitati. (*) Quia licet testes in dicto conve- 8
nire videantur, tamen circumstantiæ & qualitates varietatem afferre possunt, quæ multum ad judicis informationem conferunt. Quamvis autem non desint, qui contrariam consuetudinem sequendam statuant: (*) Attamen, cum illa sit fraudum 9
nutrix & falsitatum, ab ea sibi caveant, maximè in causis criminalibus, inquisitores & Actuarii, prædicta bene attendant, & in examinatione testium sibi curæ esse sinant: Alioquin, præterea quod eorum dicta impugnantur & invalidantur, malè consulunt conscientiæ & discrimen æternæ salutis incurrunt. 10

Cautela X.

Pro inquisitoribus vel Accusatore in crimine assassinii.

SUMMARIA.

1. Assassinus quis dicatur.
2. Unde Assassini dicantur, & unde extiterint remissive.
3. Ad convincendum aliquem assassinii duæ requiruntur qualitates, & quænam.
4. Fiscalis sive accusator nisi velit succumbere, debet istas qualitates articulare.
5. Iudicium Clari de eo comprobatur.
6. Qui in territorio Christianorum reperitur, pro Christiano habendus, præsertim in gravi delicto assassinii.
7. Stante sententia Clari non est tutum articulare occisum fuisse Christianum.
8. Ad assassinium sufficit pretium esse promissum, Et pro pecunia rem, sive speciem, datam vel promissam.
9. Non interest an promissio sit generalis an rei certæ, nec quibus verbis mandatum intervenerit.

1 ASsassinus ille non tantum est qui aliquem Christianum occidi pretio mandat alteri, sive infideli sive Christiano: *Iul. Clar. pr. crim.* §. *assassinium ab init.* (ubi

(ubi post alios *n.3.4.& seq.* quæ hodie sit tanti criminis pœna) Verum etiā mandatarii, qui pretio ad occidendum sunt conducti *cap.1.de homicid.in 6.Bart.in l.non solum §.si mandato l.sed si unius permissu §.servus meus n.5.* Boss.*in pract. crim. tit. de for. comp. n.*141. *Carer. in pr. crim. d. homicid. §.circa igitur n.2.* (*) Vnde nomen hoc descendat, & unde assassini (abominabile & pessimum vitæ genus non tam Germanis quam Italis, nec ex jure communi cognitum (extiterint, vide *apud Menoch. d. arb.jud.quæst.cas.360.n.41.Carer.dict. loc.n. 3.* Vt itaq; (*)quis hujus criminis convinci & condemnari possit, ex posita definitione sive descriptione colligere est, duas qualitates esse probandas: Primo quod occisus fuerit Christianus: Secundo quod pecunia, seu pretio mediante fuerit occisus: Alias inquisitio non procedit *Alex. cons.166. in fin. vol.7. Ioan. Andr. in c.1. de homicid. in 6.* qui dicit, propter hoc se evasisse (ita enim loquitur) quendam imputatum de assassinio, ex quo in pro- 3

cessu non probata fuerat qualitas, quod ille occisus esset Christianus: Quod etiam allegat *Ioan. d. Arnon. caut. 25.* similem causam ibidem referens, quam ipse, dum esset judex, non probata ista qualitate, determinaverat. *Mascard. de prob. vol. 1. concl. 138. n.*
4 *13.* Quapropter (*) cauti sint inquisitores, vel Fiscalis inquisitionales conficiens, ut, nisi velit succumbere, articulet hanc qualitatem: Occisum fuisse Christianum: *Boss. in tit. d. mandat. ad homicid.* Muscatell. *de cognit. seu probat. delict. de homicidio med.*
5 *mand. n. 53.* Sed admodum (*) comprobandum mihi videtur judicium *Iulij Clari in pr. crim. d.* §. *vs. 2.* dicentis: Sed certè credo, quod hæc defensio apud nos parum prodesset, modo ille fuisset occisus in territorio Christianorum: Licet enim vere non nascatur Christianus, tamen cum à communiter contingentibus, infideles non sint soliti inter Christianos conversari, (nisi, quod verbis Clari adiicio, in multis Romani Imperii locis Iudæi, qui quoniam circumcisi reperiuntur, propterea tales occisos non esse Christianos præsumitur, cui præsumptioni standum, donec probetur contrarium *Mascard. d. probat. dict. concl. n. 14.*)

14. (*)ille qui in territorio Chriſtianorum 6
reperitur, habendus eſt pro Chriſtiano, præſertim in hoc tam gravi delicto, in quo non eſt ſuper hujusmodi ſubtilitatibus inſiſtendum. Vbi tamen reus probaret illum fuiſſe infidelem, tunc utiq; eſſet ab hoc crimine aſſaſſinii abſolvendus? (*)Stante au- 7
tem hac ſententia Iulij Clari, ego exiſtimarim tutius eſſe pro Accuſatore ſeu Fiſcali, ne articulet', occiſum fuiſſe Chriſtianum, & forte propter defectum probationis ſuccumbat: Sed potius ut onus probandi, quod nimirum occiſus fuerit infidelis, reiiciat in reum inquiſitum. Obiter(*)ad
hanc cautelam adiicio, non eſſe neceſſe, 8
ut pretium fuerit ſolutum, ſed ſufficere, ſi eſt promiſſum *Salyc. in l. non ideo minus* C. *d. accuſat. Fran. d. Aret. in conſ. 165. col. 11. Capic. deciſ. 155. n. 17.* ad tertiam dubitationem *Gram. vot. 9. n. 2.* Nec intereſſe, utrum pecunia numerata vel promiſſa ſit, an aliqua res, ſeu ſpecies. *Gram. d. loc.* quia pecuniæ appellatione res & omnia corpora continentur *l. pecunia d. verb. ſig.* (*)
Nec referre an promiſſio ſit certa, an vero 9
generalis vel incerta, contra *Bald. D. de Franc. in deciſ. 176. incipit, Clericus protulit.*

Muscat. dict. loc. n. 58. & n. 59. lege etiam ibidem ulterius quæpiam de crimine assassinii. Nec curandum quibus verbis mandatum intervenerit, dummodo delictum commissum sit propter ipsum mandantem, & ad satis factionem eius voluntatis: *Lancelot. de off.* Prat. *in caus. crim. de Mand. homicid. n. 3.*

Cautela XI.

Pro judice inquirente, subiuncta aliqua pro reo inquisito.

SVMMARIA.

1. Denunciator regulariter non est testis, & quando esse possit.
2. Iudex non habens testes alios, quam denunciatores, procedat per inquisitionem ex officio & quare.
3. Ne tamen contaminet conscientiam fraudibus.
4. Querela Damhouderii de malitiosis judicibus.
5. Tales quoq; ferunt hodierna tempora.
6. Quomodo inquisitus sibi ab iis cavere possit.

1 DEnunciator criminis regulariter non potest recipi in testem, imo ipse debet testes idoneos producere, licet non teneatu

tur assistere, neq; litem prosequi suis sumptibus, *Damhoud. in pract. crim. cap. 6. n. 10.* Potest tamen esse testis, quando judex non procedit propter denunciationem, sed per inquisitionem ex officio: *Cason. de denunciat. cap. 7. n. 11. Hen. Bover. in singular. in verbo testis. n. 47. Farinac. lib. 2. tit. 6. quaest. 60 de teste accusatore n. 74. & seqq.* Vnde exiitit cautela, ut (*) judex praevidens se alios testes non habiturum quam denunciantes, ut procedat per inquisitionem (intellige aliis forte indiciis quae ad inquirendum sufficiunt extantibus) & examinet denunciatores deputatos vel alios denunciaturos, quibus tunc creditur: *Casonus dicto loco.* Nisi eorum intersit denunciatum esse: Tunc enim arcendi sunt à testimonio *Boner. in dict. singulari.* Hortandus autem est (*) judex ne hac cautelâ ad perditionem animae suae malè utatur, nec fraudibus (veluti quando delator crimen indicavit, jubetur silere & delationem celare, ut is postea in testem adhiberi possit, & similibus) conscientiam contaminet. (*) De ejusmodi malitiosis judicibus admodū cōqueritur *Damh. in tr. d. testib. §. d. reprob. test n. 22. & in pract. crim. cap. 50. n. 22.* dicens:

2 3 4

Hic tamen (quod acriter insectandum) videas plerosq; officiarios graviter peccare (ab ipsorum nomenclaturis prudens abstineo) quos non pudet contra omnem æquitatem, eosdem ad testimonia, contra misellos ferenda, producere, quos prius habuerunt delatores: Non alia (metuo) causa, quam ut vel hac ratione ex innocentium oppressione pecuniariam condemnationem assecuti, suis consulant
5 marsupiis. (*) Tales nequam officiarios multos tulerunt quoq; hodierna tempora deploratissima: Sed perierunt illi turpiter cum malè quæsitis, & peribunt ut de ijs
6 nec sit proximus hæres gavisurus. (*) Contra sit cautus reus inquisitus, si male suspicatur de teste contra se producto & interroget, sub fide præstiti juramenti num ipse primum indicaverit vel detulerit, ut possit eum reprobare, sed judex ad denunciationem inquisivit.

Cautela XII.

Pro judice ut celeriter inquirat ad evitandam subornationem.

SVM-

SUMMARIA.

1. Mora inquirendi dat spacium subornandi & deterrendi testes.
2. Quapropter cum celeritate inquirendum.

Saepenumero in facto contingit ut propter(*) moram judicis non modo ipse delinquens se in fugam coniiciat, sed etiam detur spacium ejus fautoribus ac amicis, testes de negotio ipso informatos subornandi, & â veritatis dispositione, praesertim si sunt simplices, deterrendi: Prout refert *Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quaest. 5. ab init.* (*)Cautus itaq; judex simul ac constat delictum esse commissum, inquirit ilico cum magna celeritate & diligentia in personam delinquentis, ut quam primum eam sciat, & ejusmodi subornationes & deterritiones evitentur. 1 2

Cautela XIII.

Pro judice seculari, ut sine impedimento Ecclesiastici in concubinatum vel stuprum inquirere & procedere possit.

SUMMARIA.

1. Sub disceptatione jurisdictionis judex secularis in concubinatum inquirens ab Ecclesiastico inquietari solet.

2. Quæ attendenda sint seculari ut idipsũ evitet
3. Sex qualitates quæ requiruntur ad concubinatum.
4. Quæ si non concurrant, non concubinatus, sed stuprum dicitur.
5. Concubinatus mixtifori.
6. Jn Concubinas clericorum occultas non inquirendum ex sententia Nic. Everh.
7. An concubinatus sit jure civili permissus.
8. Jn terris reformatæ Ecclesiæ non tolerantur tam concubinarii quam concubinæ.
9. Delictum non tribuit immunitatem.
10. Pauci Ecclesiastici hodie concubinatus pœnam irrogant, & quare.
11. Concubina clerici subest cognitioni judicis secularis.

1 Judicem secularem, adversus aliquem clericum eiusq; concubinam, de concubinatu vel stupro procedentem, Ecclesiastici inquietare solent & impedire conantur ne inquirat vel pergat procedere, sub colore disceptationis, an ejus sit jurisdictio: Ajunt enim; concubinatum esse crimen mere Ecclesiasticum: Ex *Gofred.* & aliis, quos refert *Nic. Everhard. cons. 202. n. 9. & 10. Doctor Mart. de jurisd. Eccles. part 4. cap. 44. n. 6.* ubi etiam ab initio scribit, Oportet in hoc mundo cum fornicatoribus

bus & peccatoribus vivere, ſicut Chriſtus Dominus noſter cum Publicanis & peccatoribus converſatus eſt, & ſciens judam furem toleravit, nec perdidit (*) Vt itaq; 2
euitetur ejusmodi diſputatio, & judex ſecularis, reiectis remoris & ambagibus, tutò procedere poſsit, cautela eſt: Vt ſcilicet benè advertat num in quiſitæ fornicationi omnes qualitates concubinatus requiſitæ ad ſint, prout eas refert & declarat *Grammat. vot 4. n. 5. & ſeqq.* quem citat *jul. Clar. in pract. crim* §. *fornicatio verſ. 10. unum tamen. Muſcat. in tract. de prob. & cogniti. delict. de adult. ſtupr. inceſt etc. n. 36. & ſeqq.* Nimirum ut (*) primo clericus & 3
focaria ſint tales, inter quos poſsit conſiſtere matrimonium. Secundo, ut hæc ſit unica in domo retenta: Tertio ut retineatur in domo in ſchemate concubinæ: Quarto ut ducatur à viro in domum ſuam, qui publice cum ea cohabitet Quinto ut concubinarius & concubina ſint in ſtatu impares, ut puta ille illuſtris, aut nobilis, hæc vero inferioris conditionis:

Sexto

Sexto & ultimò, ut mulier sit talis, cum qua stuprum committi non possit: Idcirco nec virgo, nec vidua honestæ vitæ po-
4 terit esse concubina: (*) Quæ sex qualitates si non simul adsint & concurrant, non concubinatus, sed stuprum dicitur. *Gram. d. loc. Clar. dict. loc.* Et tunc nullum est dubium, quin cognitio sit judicis secularis. *Muscat. dict. loc.* Alij, *ut Hostien. in c. lator.* qui filii sint legitimi. *Anton. d. But. in c. cũ sit*
5 *generale d. for. comp.* statuunt (*) concubinatũ esse crimen mixti fori, ut præventio locum habeat: Quam opinionem etiam approbat *Nicol. Everhard. d. cons. 202. n. 10.* addens *n. 11.* se tamen non credere judi-
6 cem laicum (*) contra occultas concubinas clericorum, posse procedere ex officio inquirendo, & sic detegere eorum crimina: Cum talibus enim in hoc mundo vivere oportere, & eos tolerare, sicuti Christus toleravit Iudam: *C. si sacerdos sciat. de*
7 *off. jud. ord.* (*) Insuper notum est magnam esse controversiam an jure civili concubinatus sit permissus nec ne: Cujus negativam amplectuntur: *Alex. cons. 59. n. 3. in fin. lib. 4.* qui dicit communiter, ita teneri: *Felin. in C. cum sit generale. n. 13. d. for. comp.*

Ripa in l. fin. n. 38. in fin. C. de revoc. donat. quos refert *Iul. Clar. in pr. crim.* §. *fornicatio n.* 7. qui tamen ibidem dicit veriorem esse opinionem quod concubinatus non sit de jure civili prohibitus, ex hac potissimum ratione, quia consuetudo est, quæ optima legum interpres, & judices seculares regulariter hoc crimen non puniant, nisi quatenus requirantur ab Ecclesiasticis (*) Hæc 8
autem ratio hodie, præsertim in terris reformatæ Ecclesiæ, notoriè cessat, ubi puniuntur & non tolerantur tam concubinarii quam concubinæ: Quapropter existimaverim non esse iniqnum, ut judex secularis in crimen concubinatus inquirat, & illud puniat, sive delinquens sit laicus, sive clericus: (*) Quia delictum non tribuit 9
immunitatem, *arg. l. relegatorum* §. *fin. ff. de inter. & releg.* (*) & pauci hodie sunt ex 10
Ecclesiasticis, qui judices seculares requirant, vel ipsi concubinatus pœnam irrogent, ne id forte in aliis puniant, in quo ipsimet delinquunt: Prout animadvertit *Iul. Clar. pr. crim.* §. *fin. quæst.* 37. *vers.* 4. *Quare etiam.* De (*) concubina Clerici, quin 11
subsit cognitioni laici judicis, eo minus dubitandum, præsertim quando delictum est

noto-

notorium *Nic. Everh. dict. cons. n. 12. & 13.* Ac proinde non esset prædicta cautela de attendendis sex qualitatibus usq; quaq; necessaria.

CAUTELA XIV.

Pro judice in crimine, quod dicitur manifestum sive notorium procedente.

SUMMARIA.

1. Interest Reipub. ut delicta præsertim notoria ocius puniantur.
2. Iuris ordine non servato.
3. Quotidie de notorio loquimur, & quid sit ignoramus.
4. De eo variæ DD. opiniones, remissive.
5. Cæteris communior est, ut relinquatur arbitrio judicis quid sit notorium.
6. Nullum delictum tam est notorium, quin habere possit excusationes.
7. Vt crimen dicatur notorium, debent etiam ejus qualitates esse notoriæ, ad effectum procedendi tanquam super notorio.
8. Copia indiciorum non est delinquenti denegando, & quando denegari possit.
9. Hallucinatio alicuius imperiti judicis.
10. Iudex dubitans an crimen sit notorium, tutius indicia communicat.
11. Satius est in clementia peccare quam in severitate.

12. Non

12. Non sufficiunt informationes extrajudicialiter assumptæ.
13. Nec Iudici, nec Principi creditur dicenti crimen esse notorium.
14. Quomodo judex cautè procedat super notorio.
15. Informationes non de facto solum, sed etiam de persona delinquentis assumendæ.

INterest Reipub. ut malum de medio tollatur, ac delicta præsertim manifesta, notoria sive indubitata (quæ tanquam synonima, pro uno eodemq; pono, non attenta aliorum subtili distinctione, imitans modum loquendi Constitutionum Criminalium, in quibus idem est, Offene/offentliche vnd vnzweiffentliche Missethaten/veluti *Art. 16.*) ocius puniantur: Idq; non sententiæ criminalistarum communi solum est consentaneum, utq; notorietas delicti aperiat judici viam ad inquirendum, & ad executionem usq; procedendum juris (*) ordine non servato, *Iul. Clar. in pract crim. §. fin. quæst. 9. ab init. Carer. in pract. crim. de appellat. in crim. §. secundus erit casus n. 21. 22.* Cum ordinem juris non servare sit servare suũ ordinem: *Boss. in pract. crim. tit. quom. proced. in crim. not. n. 2.* Sed etiam *in Imperij Constitutionibus criminalibus dict. art. 16.* salubriter & expressè sancitum est: 1 2

So

So der Thäter die offen / vnzweiffentliche Vbelthat freventlich wiedersprechen wolt / so sol jhn der Richter mit peinlicher ernstlicher Frage zu Bekantnus der Warheit halten / damit in solchen offentlichen / vnzweifflichen Missethaten / die endliche Vrtheil vnd Straff / mit dem wenigsten Kosten / als sein kan / gefordert vnd vollen-
3 zogen werden. (*) Verum enimvero, quotus quisq; est, qui sciat quid sit notorium? Quotidie de notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus: *gl. in c. manifesta caus. 2. quaest. 1.* Multa dicuntur notoria, quae non sunt, *Abb. in c. consuluit n. 2. d. appellat.* Adeo ut etiam periti titubent *Mascard. d. probat. concl. 1109. n. 2.* Notorium
4 autem delictum quid sit, an probandum, & quot testibus, ut verè inducatur notorium variae, cum legibus nihil certi in eo sit determinatum, sunt DD. opiniones, quas refert *Menoch. d. arb. jud. quaest. lib. 2. cas. 166.* ubi quidem eas recenset, sed nullam apertè amplectitur: *Mascard. de prob. concl.* 1105. *usq. ad concl.* 1109. *inclusive*, ubi de materia notorii multa utilia deducit: ut & *Odonell. Marcand. in l. si constante n. 41. & seqq. ff. solut. matr. Farinac. in pr. crim. lib. 1.*

tit.

tit. 3. de delict. & poen. quaest. 21. n. 47. & seqq. quo lectorem remitto: Jlla (*) autem 5
cæteris ut communior videtur prævalere, quæ est. Quod in hac opinionum diversitate, & stante eo, quod numerus testium non sit à jure definitus, sapientis judicis arbitrio remittatur, quando delictum dicatur notorium: Js enim juxta facti, loci, temporis & personarum intervenientium quantitatem, numerum & qualitatem, aut factum esse notorium, aut non esse, circumspectè judicabit *arg. l. aut facta* §. *1. ff. de poen. cap. sicut dignum d. homicid. Bart. in l. scriptus n. 2. vers. alii remittuntur ff. d. religios. & sumpt. fun. Bald. in l. ea quidem col. 4. n. 25. c. de accusat. Menoch. Mascard. Farinac. dd. locis Bursat. cons. 43. n. 26. Gomez. tom. 3. d. delict. cap. 1. n. 42. Capr. in tract. de notor. memb. 2. n. 4. & 5.* jllud
autem omnino sciendum, nullum (*) deli- 6
ctum tam esse notorium, quin habere possit excusationes, vel occultas circumstantias excusantes: Jta ut regulariter notorium excusabile dicat *Bois. in pract. crim. tit. quom. proced. in crim. not. n. 6.* imo (*) 7
ut crimen dicatur notorium, debet etiam apparere qualitates ejusdem esse notorias,
 quod

quod ſcilicet nulla excuſatio ſeu defenſio competat delinquenti. Et hanc eſſe communem opinionem teſtatur *Collegium Florentinum inter conſ. Curtii ſenioris conſ. 11. n. 13.* quod allegat *Farinac. dict. loc. n. 49. ut & Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quaest. 9. verſ. ſed adverte,* 3. Quanquam *quidam* contraria nitantur ſententia: Tamen hæc æquior videtur, cui etiam robur addit *dict. art. 16.* (Qui denotorio loquitur) *in Conſt. crim.* his verbis: Auſerhalb rechtlicher Vrſache / die von peinlicher Straff rechtlich entſchuldiget offentlich vnnd vnzweifflich iſt oder gemacht würde: Item, ſo einer ohn rechtmeſſig vnd gedrungen Vhrſache. Item, vnnd daß mit keinem Grund wiederſprechen / oder aus rechmeſſigen Vrſachen wiederlegen müge. Parum autem intereſt, ſi vel maxime concedatur contrariæ opinionis aſſeclis, notorium dici crimen, etiamſi non conſtet de dictis qualitatibus, dummodo in aperto ſit ipſum delictum principale, ſi hoc diſcriminis tantum attendatur, quod poſitum eſt in effectu notorii: Nimirum, judicem non poſſe procedere juris ordine non ſervato, niſi ſatis intelligat notoriè delinquentem care-

re excuſationibus & defenſionibus, prout hoc innuit ſæpe dictus *art.* 16. Quod autem ſciri minime poteſt, niſi reo monito & audito *Iul. Clar. in pr. crim.* §. *fin. quæſt. 9. verſ. quæro nunquid. 4.* Et communicationem (*) indiciorum ſive atteſtationum non 8
eſſe delinquenti denegandam, niſi conſtet eum circumſtantiis excuſationum ſive defenſionibus prorſus deſtitui, ut ſit ridiculum ad nullum uſum indicia communicare. *Boſſ. dict. tit. n. 12.* Propterea turpiter (*) hallucinatus eſt non ita pridem
aliquis judex, qui quendam ſimplicem, 9
tamen bonæ famæ ruſticum, tanquam criminoſum notorium, quem penes rem furtivam reperierat, ſine communicatione indiciorum, non inquiſitis, minime attentis excuſationibus, torturæ ſubiecit. Forte quia non ſatis inſpexerat vel non intellexerat multum dictum *articulum* 16. Et quanquam miſer ille vi tormentorum variaerat confeſſus, tamen propter iniquitatem procedendi, quæſtionem injuſtam, & inde ſecutam confeſſionem plane invalidam & nullam, ſecundum tradita *in caut. 2. inf. tit. d. indic. tort. & conf.* liberatus & dimiſſus eſt.

Cum itaq; ex deductis pateat cognitionem notorii esse difficilem & arduam:
10 Cautela (*) est pro judice, si hæret, vel qualitercunq; dubitat, an crimen sit vere notorium, ut super eo tanquam notorio procedere possit: Vt potius indicia ad excusandum, etiam reo non petenti, communicet, & terminum ad defendendum præfigat, quam ad torturam, eo minus ad condemnationem festinet, ac consequenter sese in periculum Syndicatus præcipitet: *arg. l. si non defendantur 19. ff. d. poen. Const. Crim. art. 47. Iul. Clar. in pr. crim. §. fin. quæst. 49. n. 1. Bart. & Alex. in. l. 4 §. hoc autem judicium ff. de damno inf. Hipp. de Marſ. in pract. crim. §. nunc videndum n. 19. zang. de tort. cap. 3. n. 3. & seqq.* (*)
11 Satius est insuper in clementia peccare, quam in severitate *Novell. in tract. ad defens. in tit. respons. reor. n. 54.* Hipp. *d. Marſ. §. Occurrarunt n. 6. 7. &* 10. *idem in §. expedita n. 85. Cravet. conſ. 287. n. 6. & seq.*
12 Caveat (*) quoq; judex ne fidat informationibus super delicto, quod dicitur notorium, extrajudicialiter assumptis, illæ enim non sufficiunt, veluti ex aliis deducit & concludit *Clar. dict. §. fin. quæst. 9. vers.*

item

item quaro 5. in fin. Debet enim constare judici ut judici de notorio: Alioquin (*) 13
nec ipsi asserenti creditur *Boss. d. tit. quom. proc. in crim. not. n.8.* Nec principi attestanti crimen esse notorium, quando agitur de ejus commodo vel præjudicio: *Boss. ibid. n. 17.* Quapropter cautus (*) judex su- 14
per notorio informationes ex officio assumit, easq; ad acta redigit, majorem partem viciniæ examinando super delicti commissione, ne incidat in linguas mordaces, ac ne damnum aut dedecus patiatur, in Syndicatu si ob mortem, vel aliquod odium superveniens, post depositionem officii, notorium non posset justificari: Prout bene consuluit *Salicet. in l. ea quidem c. d. accusat. Clar. d. loc. Boss. d. tit. n. 3.* Quæ cautela utilis est in notorio tam facti permanentis, quam facti transeuntis: (*) Nec 15
hic monendum sed quemvis facile perpendere posse arbitror, imo ex allegatis *Dd.* palam est, dictas informationes notorii non de ipso facto solum, sed etiam, & inprimis de personâ delinquentis, esse assumendas, ita ut notoriè constet judici hanc vel illam factum illud perpetrasse.

CAUTELA XV.

Pro reo, contra quem super qualitate notorii testes recipiuntur, ut scire possit, an sint subornati.

SUMMARIA.

1. Propter difficultatem notorii etiam periti titubant.
2. Ad probandum notorium duo testes sufficiunt
3. Quod etiam est de observantia juris Saxonici
4. Rationem tamen concludentem etiam non interrogati debent addere.
5. Quod judicis est discernere, si reus non opponat.
6. Quomodo inquisitus super notorio conficere debeat interrogatoria et n. 8.
7. Testes deponentes super notorio debent scire ejus naturam.
9. Testis juris ignarus, si attestetur per verba facti & aliqualem descriptionem notorii, sufficit.

1 Difficilem esse scientiam notorii ex cautela præcedenti abundanter constat: Adeo ut etiam periti titubent, quid sit notorium, nec corporis sensu facile percipiatur, *Mascard. concl. 1109. n. 2.* Propter hanc
2 rationem, quamvis duo (*) testes ad probandam notorii qualitatem sufficiant *gl. in c. Deus omnipotens §. quando autem: in verbo judicis 2. quæst. 1. Spec. in rubr.*

de

d. notor. crim. n. 9. Mascard. d. concl. n. 1. (*) Quod etiam est de observantia juris 3
Saxonici hodierna, Sachsenspigel *in addit. ad artic. 66. lib. 1. lit. B.* olim autem septem virorum testimonium requirebatur, *tex. d. art. 66.* illi tamen (*) causam dicti 4
sui, sive rationem concludentem, etiam non interrogati assignare debebunt: *Io. And. ad Spec. tit. d. not. crim. §. fin. Franc. in c. consuluit de appellat. n. 3. ubi Abb n. 2. & in c. cum causam col. 1. d. testib. Ias. in l. si vero §. qui pro rei n. 14. ff. qui satis d. cog.* quos ut & plures allegat. *Mascard. d. concl. n. 2.* aliâs non probant. *Farinac. in pract. crim. lib. 1. tit. 3. d. delict. & poen. quaest. 21. n. 103.* (*) Quod ipsum etiamsi reus 5
non advertat nec opponat, judicis tamen est discernere testibus fidem non habendam, ad effectum notorii, ne reo injuriam inferat, & semetipsum periculo syndicatus exponat: Et cum sit judicis cuncta rimari, ex officio in innocentiam rei inquirere *arg. l. si non defendatur ff. d. poen.* debet ex testibus quaerere, quid sit notorium ut intelligat ac eo magis percipiat rationes concludentes, tũ etiam, utrum sint instructi

 vel

vel ſubornati, ut ſtatim dicetur: Cautela autem eſt pro reo ejusq; Advocato, ſi videt contra ſe teſtes ſuper notorio examinatum
6 iri, ut nimirum (*) interrogatoria conficiat, an ſciant quid ſit notorium & quando factum de jure dicatur notorium: Quia iſto in caſu eſt potius ex teſtibus quærenda definitio quam definitum, *Felin. in c. cum contingat n. 15. d. reſcript. Speculat. d. notor. crim. §. fin. n. 16. Ioh. Mar. Montic. in repert. teſt. pag. 406. col. 2. verſic. fin.* (Quod etiam obtinet circa probationem famæ, conſvetudinis, poſſeſſionis, ut poſſit interrogari, quid ſit fama, conſvetudo, poſſeſſio: Quod alii alibi tractant, idq; hic perſtringere eſt præter inſtitutum) Si tunc reſpondeant, ſe ignorare quid ſit notorium: Vel ſi id ſcire dixerint, & nihilominus ex eorum reſponſione appareat, quod revera
7 illud neſciant, minimè probabunt: (*) Quia deponentes ſuper notorio, debent ſcire naturam ejus & proprietatem. Quid ſi teſtis veram notorii definitionem reci-
8 tet, cum tamen ſit juris imperitus? (*) interrogetur rurſus, quomodo, & â quo iſtam definitionem didicerit: Et ſi reſpondeat: â producente, ejuſve procuratore vel

Ad-

Advocato, præſumitur ſubornatus: Quid ſi dicat teſtis, ſe eam ex proprio cerebro, vel ex ſuo judicio cogitaſſe: Quæratur ex eo, quot hominum ſcientia & præſentia requiratur, ad conſtituendum notorium: Et ſi teſtis reſpondendo certum numerum deponat exigetur demum ab eo, unde noverit tot hominum ſciētiam & præſentiam requiri ad notorii inductionem, cum tamen illud definire non potuerit, *Speculat. d. notor. crim. d. §. fin. n. 16.*: Sic conſtabit utrum inſtructus & ſubornatus deponat, an vero ex certa ſcientiâ: *Maſcard. d. prob. concl. 1109. n. 7.* Quamvis non negarim ea omnia, & ſi quæ præterea Advocati induſtria invenire poterit, huic eſſe uſui, ut conſtet de ſubornatione: (*) Attamen ſi teſtis juris ignarus, ad prædictas interrogationes non ita accuratè & per verba juris reſpondeat, vel definiat notorium, ut definire & reſpondere poſſet juris peritus, ſufficit tamen, ſi per aliqualem deſcriptionem, per verba facti atteſtetur, ex quibus intelligi poſſit eum naturam & proprietatem notorii non ignorare: *Bart. in l. 1. ff. ſi cert. pet. & ibid. Purpurat. Maſcard. d. prob. concl. 749. n. 35. 36. & alii ibidem allegati.* 9

Cautela XVI.

Pro accusatore ex praxi Saxonica.

SUMMARIA.

1. Jure Saxonico accusator se debet offerre in libello ad delicti probationem, vel allegare notorium.
2. Hoc nisi fiat, accusatus sese juramento purgare potest.

1 QVi aliquem criminaliter in foro Saxonico accusat, hanc observet cautelam, vt nimirum in libello suo se expressè offerat ad delicti probationem, vel, si ita in facto contigit, dicat crimen esse notorium
2 & reũ in flagranti deprehensum: (*) Hoc enim nisi faciat, simpliciterq; litem contestetur, reus negans actionem & narrata accusatoris, juramento suo potest se purgare, *text.* Weichb. *art. 38. & ibi in gl. fin. gl. 39. n. 7. in notis ad artic. 66.* Sachsensp. *lib. 1. lit. B.*

Cautela XVII.

Ne inquirat judex per incantationes & sortilegia.

SUMMARIA.

1. Sortilegii indicia quidam opinantur sufficere ad inquirendum.
2. Inquisitio talis est impia & nulla.

Sunt

SVnt quidam eius perversæ opinionis, ut 1
putent, quamvis indicia sortilegii & divinationis incantatorum (veluti quando incantator vel ariolus quispiam consultus de autore commissi criminis, hunc vel illum eum esse, per incantationem indicat) non sint ad torturam sufficientia, sufficere tamen ad inquirendum: Ex quibus est *Hippol. de Marſ. in pr. crim. §. diligenter n. 181. Brun. tract. d. indic. part. 1. quæſt 3. n. 35. 36.* Cujus sententiæ, patronum proculdubio habent *Baldum*, qui *conſ. 364. part. 3. in fin.* scribit, quod maleficium unum possit tolli per aliud, puta per incantationem dæmonum, si alio modo tolli non possit: Quippe cum de aquâ interdum bibendum sit turbida, ubi stagnantis fluminis aqua deficit, & sæpe vulnus vulneri addatur, ut utrumq; rectè curetur. (*) Ab hoc 2
reprobo & planè impio inquirendi modo sibi caveat judex, si velit sibi cavere â grandi reatu capitaliter puniendo, & videre ne processus annulletur: Talis enim inquisitio nulla est, & quicquid inde sequitur, cujus rei gratia remitto lectorem ad cautelam 10. *& 15. inf. in tit. d. indic. ſort. & conf.*

CAV-

Cautela XVIII.

Pro judice inquirente in crimine furti, ne inquisitio corruat, & pro Advocato inquisiti, si eam judex neglexit.

SUMMARIA.

1. Quid notandum in inquisitione furti, ne corruat.
2. Pertinere verbum latissimè patet.
3. Ad verbum subtraxit adiiciendum verbum furto.

1 Caveat judex ne ponat in inquisitione: Talis res furto sublata pertinebat ad Titium non adiiciendo, jure dominii vel quasi: Sic enim non procedit inquisitio, sed corruit, ut sequi debeat absolutio: (*) verbum namq; pertinere latissimè patet, etiam sub suo significatu comprehendit eum, cui debetur actione personali, *secundum l. verbum illud pertinere: ff. d. verb. sig. Marian. Soc. cons. 8. incip. visis & diligenter in* 2. *colum. Cyn. in l. si abducta C. de furt. Bart. l.* 1. §. *Scævola ff. si quis testam. lib. esse jussus*: quos refert & sequitur *Hipp. de Mars. in pract. crim.* §. *Constante, n.* 78. *Et in singular.* 275. *incip. statui omnino, ubi* Advocato consulit & ita loquitur: Hoc tene

ne menti rogo, quia poteris evadere mille inquisitos, vel accusatos de furto, â poena mortis. Nec sufficit (*) in inquisitione ponere inquisitus subtraxit, nisi adiiciatur verbum furto. *jas. in l. sub prætextu C. d. transact. n. 7. Hipp. dict.* §. *n. 79.* Quod inquisiti Advocatus itidem bene notabit, si judex neglexit.

CAUTELA XIX.

Pro judice ad evitandas nullitates in auxiliatores inquirente, & pro inquisito sive accusato, si ea sit neglecta.

SVMMARIA.

1. Auxiliatores qui, & quomodo puniendi, remissive.
2. De dicto principali constare debet, ut inquiratur in auxiliatorem.
3. Vt in auxiliatores inquisitio subsistat, quæ judici notanda.
4. Et quando tres pluresve sunt accusati.
5. Auxiliatorem scienter opem præstitisse principali, in inquisitionem deducendum est, ut procedat.
6. Ignorantia præsumitur, nisi scientia probetur.

QVinam sint auxiliatores perpetrati delicti & quomodo puniendi, vide deductum à *Gomez. Tom. 3. resolut. cap. 3. de* 1

homi-

homicid. n. 48. 49. 50. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 90. Carer. in pract. crim. d. homicid. §. circa tertium, & ab aliis passim; vide et-
2 iam omnino *Cæp. conf. 27. n. 9. & 20.* (*) Præposterum autem esse contra aliquem tanquam auxiliatorem procedere, quando non constat de delinquente principali, quivis facile intelligit: *Bart. & Alex. in l. si is qui §. si tu* Titium *ff. d. furt.* De quo tamen aliter debet constare quam ex contumacia: *Bart. ibid. Menoch. d. arb. jud. lib. 2. cas. 349. n. 13. & DD.* communiter: Laudat tamen praxin contrariam in provincia Mediolanensi *Iul. Clar. d. quæst. vers. 6.* dicens: Nam secuta condemnatione contra principalem contumacem, & quandoq; etiam ea non secuta, semper proceditur contra auxiliatores, nulla facta distinctione, an aliter quam per contumaciam constet principalem delictum ipsum commisisse: vide quæ non iniquè sentit *Farinac. in pract. crim. lib. 1. quæst. 3. n. 5. & seqq.* (*)
3 Ne autem impingat judex, ejusq; inquisitio in auxiliatores sive opem ferentes corruat, Cautela est, ut, quandocunq; inquirit adversus aliquem de auxilio præstito, in inqui-

inquisitione: ita etiam in accusatione fieri debet: apponat verba Assistendo ut habilius vel facilius delictum committeretur Quando enim ex ope auxilio vel favore non est secutum delictum, neq; auctum, sed perinde fuisset patratum absq; auxilio auxiliator non poena ordinaria, sed judicis arbitrio promodo culpæ, punitur. *c. felicis. in verb. simplici favore d. poen· in 6. Ang. in l. furti §. pe. & in l. 15. qui opem. ff. d. furt. Hipp. d. Mars. in pract. crim. §. constante n. 61. Menoch. de arb. iud. cas. 349. n. 20. lib. 2. Ioan. Bonef in tract. de furt §. contrectatio n. 71.* Si itaq; dicatur (exempli causa) talis inquisitus præstitit auxilium homicidio, vel tales sibi invicem tulerunt opem ac favorem, & non appositum sit, Assistendo ut habilius committeretur, inquisitio vel accusatio de jure non subsistit, nec ex ea sequi potest condemnatio de auxilio. Quia non exprimitur qualiter præstiterint auxilium & favorem, ut singulariter tradit. *Bart. in l. qui servo in §. fin. ff d. furt. quem sequitur Alex in l. fin. ff de sicar.* Ang. *Aret. in tract. malef. in verbo,*

Et

Et dicto maleficio semper astitit. Hipp. d. Mars. in pr. crim. §. constante n. 51. Iul. Clar. dict. quæst. vers. adverte etiam 5. Cautela
4 quoq; est, ubi tres (*) pluresve sunt accusati vel inquisiti, ne ponatur, alter alteri tulit opem sed unus, alii vel aliis: Inquisitio vel accusatio alioquin non procedit: Namque verba, alter alteri, non conveniunt nisi duobus: vt notabiliter *Bald. in l. ancilla C. de furt. Ang. Aret. dict. loc. Hippol. d. Mars. in pr. crim. §. constante n. 43. & 44.* Quæ, quia in Germanico idiomate non possunt discerni, Einer dem andern helffen, an de duobus, an de pluribus sint dicta, hac cautela non est opus: Quis, cui & qualiter opem tulerit inquisitus, ut ponatur omnino tamen necesse est. In materia præstiti
5 auxilii (*) Inquisitor vel Accusator hoc quoq; Cautelæ observet, ut nimirum in inquisitionem vel accusationem deducat, & probet, auxiliatorem scienter & non ignoranter delinquenti principali præstitisse opem: Alias inquisitio vel accusatio non procedit. *Bart. in l. omnes C. de agric. & censi Alex. in l. is qui opem ff. d. furt. Hipp. d.*
6 *Mars. dict. §. constante n. 64* (*) Eo quod semper præsumatur ignorantia, nisi scientia

tia probetur *arg. l. verius ff de probat.* Et ad propositum *Gomez. dict. cap. 3. n. 50. prope fin.* Hæc quoq; notabit Advocatus inquisiti, si forte â judice sint neglecta.

CAUTELA XX.

Pro judice ad denunciationem inquirente ut evitet Syndicatum, nullitatem & fraudes inquisiti.

SUMMARIA.

1. Ad denunciandum homines sunt promptiores, quam ad accusandum, & quare.
2. Cur ex denunciatione cuiusvis, judices non debeant esse faciles ad inquirendum.
3. Diligenter introspiciantur & examinentur deferentis qualitates.
4. Schedulæ notificationis sine nomine notificantis, non sunt recipiendæ, & quare.
5. Quando non valet denunciatio, non valet etiam inquisitio.
6. Denuncians jurare tenetur, causæ gravitate id exigente.
7. An denunciator testes in fraudem datos nominaverit, judex advertat.

PRomptiores sunt homines ad denunciandum quam accusandum: Hujus rei ratio palam est, ne teneantur assistere, neq; litem suis prosequi sumptibus vel alia subire quæ exigit *Constit. crim. Carol. art. 12. 13. 14. 15.* Ne ideoq; sint (*) faciles, qui judiciis crimi- 1 2

criminalibus præſunt, ad cujusvis delatoris narrationem in procedendo vel in inquiſitionibus formandis, ne ſeſe vitiis nullitatum implicent, incurrant forte periculum ſyndicatus, & condemnationem refuſionis expenſarum, de quibus quæpiam
3 dixi *in cautela octava hoc tit* ubi vide: (*) Pro illis cautela eſt, ut prius nimirũ, quam denunciationem acceptent, diligenter animadvertant & introſpiciant, perſonæ deferentis qualitatem, ingenium, mores omnesq; conditiones, nec non ſtudioſe & accurate perſcrutentur ſingulas, tam denunciatoris, quam aliarum rerum pene omnium circumſtantias: *Damhoud. in pract.*
4 *crim. cap. 6. n. 12.* Neq; (*) ſchedulas notificationis, quas appellant, ſine nomine notificantis unde mille ſequuntur vexationes, recipiant: Nam comperta forte calumniâ, calumniator non poteſt damnari in expenſas, & aliter puniri, quod eſt impium & injuſtum *Bart. in l. 1. in fin. ff. ad Turpil. Felin. in c. accedens d, accuſat. Boſſ. in pract. crim tit. d. accuſat. n. 3.* inſuper
5 (*) ſi talis denunciatio male ficii non valet, non valet etiam inquiſitio propter eam formata, tanquam acceſſoria: *Hipp. d. Marſ. in pr. crim. §. quoniam n. 46.* Et

processus est ipso jure nullus, Etiam si in ejusmodi notificationibus, suppresso nomine notificatis, [redacted] essent nominati testes de ipso delicto informati *Iul. Clar. in pr. crim. §. fin. quaest. 5. vers. 4.* Benè etiam facit judex, si (*) causae gravitas, vel aliae 6
denunciationis circumstantiae id expostulare videntur, ut adstringat denunciantem jurare, denunciationem esse veram, *Damhoud. dict. loc. n. 11.* In eo etiam cautus sit judex, (*) ut advertat, an denunciator no- 7
minaverit testes à delinquente sibi in fraudem datos, & ad finem eum defendendi, cum timeat forte accusationem vel inquisitionem: Et tunc ejusmodi denunciantem tanquam praevaricatorem puniat: *Bart. in l. Athletas §. calumniator ff. de his qui not. infam. Boss. in pract. crim. tit. de denun. n. 17. & 18.*

CAUTELA XXI.

Pro accusatore aliquem de crimine falsi accusaturo.

SUMMARIA.

1. Falsum etiam silentio committitur.
2. Quomodo cautè sit accusandus de falso, qui occultavit testamentum, vel aliud instrumentum.

1 FAlſum etiam committi occultatione ſive ſilentio conſtat *ex l. eum qui C. ad leg. Cornel. de falſ. Damhoud. in pr. crim. cap.*
2 *124.* Qui autem de(*)falſo, propter occultationem teſtamenti vel inſtrumenti quempiam eſt accuſaturus, ne ignorantis Advocati nomen ſubeat, & cauſa cadat, notet cautelam traditam à *Marco de Mantua in ſingul. 528. incipit, volo te docere*: Ne nimirum ſimpliciter dicat, teſtamentum, Codicillos vel inſtrumentum occultatum fuiſſe: Tunc enim ſuccumberet, nec accuſatus incideret, in poenam falſi: Sed narret teſtamentum vel inſtrumentum accuſatum celaſſe, animo & intentione, ne veritas appareret: hinc eſt, ut dicit *Marc. d. Man. dict. ſing.* quod qui idipſum feciſſet adverſus unum tantum, in dictum crimen non incideret, ex quo adverſus omnes occultandum eſt, ne veritas quoquo modo appareat.

CAUTELA XXII.

Pro eo qui metuit accuſari, vel inquiri.

SUMMARIA.

1. Natura famæ malæ deſcribitur.

2. Lex

2. Lex Diffamari est securis omnium mendaciorum.
3. In civilibus &criminalibus locum sibi vendicat.
4. Metuens accusationem ab hæredibus vel pupillis interfecti ex l. Diffamari contra eos procedere potest.
5. Quod etiam facere potest contra quemvis alium, qui ita in oculo judicis est, ut litem metuat.

FAma mala: eius est naturæ, ut pedetentim serpat, alimentum â credulis & malevolis, ac tandem tantas acquirat vires, ut si nulla contradictione impediatur, quodammodo veritatis fidem occupet: *Marq. Freh. in tr. d. fama cap. 17.* ubi alia huc quoq; conferentia scribit (*) Quapropter tanquam securis omnium injuriarum & mendaciorum constituta est salubèrrima *l. Diffamari C. d. ingen. manum.* Quæ non (*) in civilibus tantum, sed etiam in criminalibus locum sibi vendicat, ut videre est *ex Bart. Blarer. Contard. ad dictam. l.* Quid autem si quis (*) metuat solummodo accusationem criminalem ab heredibus vel pupillis interfecti? Pro eo cautela est ut eos secundum praxin *l. diffamari* tanquam diffamantes ad agendum compellat quod facere potest, secundum

1 (margin, line 1 of paragraph) 2 (margin, beside "huc quoq;") 3 (margin, beside "Quæ non") 4 (margin, beside "dictam. l.")

5 *Coler. decis. 263.* Vel quoties quis præter hunc casum, ob diffamationes, etiam publicæ famæ, ita est in oculo judicis, ut ipsi metuenda sit lis aut processus: Tunc ipsemet diffamatus prior poterit intentare litem, sive processum contra diffamatorem ipsumq; diffamantem in jus vocare, & eundem prævenire, sic ut sese prius actorem constituat: *Ioan. Bapt. Magon. d. rect. patrocin. rat. lib. 2. Cap. 55. n. 31.* Et sic evitabit inquisitionem & accusationem: in hanc sententiam videatur *Lancilottus d. accusat n. 12.* ita scribens: Et hic adde cautelam, ut timens accusari prius accuset, se accusaturum, ad eum repellendum *Cathald. Boncompag. in tract. d. syndic. n. 143.* subdens tamē ut judex possit recipere testes accusato s, si eos videat accusatos ex malitia. *Bart. in l. 1 §. si servus ff. d. quæst.*

Cautela XXIII.

Pro inquisito, ut absolvatur, vel saltem ne ordinaria poena, sed mitius, puniatur.

SUMMARIA.

1. In aliquem judex non potest inquirere, nisi aliquid sit quod ei viam aperiat.

2. Alio-

2. Alioquin processus est nullus, etiamsi deinde delictum esset plene probatum.
3. Quomodo generaliter inquirendum, & generalis inquisitio transeat in specialem remissive.
4. Si inquisitio est nulla, tenetur judex ad expensas & de Syndicatu:
5. Et inquisitus debet absolvi
6. Ad condemnationem devenıri potest non obstante inquisitionis ineptitudine propter propriam confessionem aut delictum notorium.
7. Non autem ad poenam mortis sed mitiorem.
8. Consilium Angeli quando inquisitio est inepta.
9. Quod reo non est capiendum.
10. Jnquisitio inepta propter sequentem confessionem non convalidatur.
11. *Quæ* de notorio retro tradita sunt, ab inquisito hic bene attendenda.

Per modum inquisitionis judex procedere potest nunquam, nec informationes contra aliquem specialiter recipere, nisi prius quippiam præcedat, quod viam inquisitioni aperiat: scilicet vel diffamatio, vel querela partis, vel denunciatio, vel simile: (*) Alioquim enim processus est ipso jure nullus, etiamsi deinde (post formatam scilicet inquisitionem non ante) delictum esset plene probatum: Vide quos allegavi supra *cautela 8. hoc tit. Carer in pr.* 1 2

 crim.

crim. de appellat. in crim. §. *Decimus casus pag. mihi. 43. n. 6. & Iul. Clar. in pr. crim.* §. *fin. quæst. 6. vers. 3. & 4.* ubi etiam *vers. 5.*
3 docet, quomodo (*) generaliter inquirendum quando constat quidem, sed nescitur â quo, delictum esse commissum, nec est via judici aperta ad inquisitionem specialem: Et quomodo transeat generalis inquisitio in specialem vide etiam *Carer. dict. loc. n. 10. Marant. in spec. aur. part. 6. d. inquisit n. 7.* Ideoq; cautè circumspiciat inquisitus, an ea, vel alia aliqua ratione inquisitio & processus sit defectuosus vel nulliter institutus, cuius particulariter *in antecedentibus aliquot caut.* memini, ad hoc vide *Angel. in l. si vacantia C. d. bon. vacant. Marant. in spec. aur. de inquisit. requisit. n. 16 & aliquot seqq.* Hipp. *d. Mars. in pr crim.* §. *constante n. 57. 58. & in* §. *& quia n. 10. 11.*
4 12. 13. Sic (*) enim non solum judex tenetur ad refundendas expensas, & syndicatui obnoxius est, ut supra *d. caut. 8.* sed etiam
5 (*) inquisitus debet absolvi, Exemplum refert practicatum *Iul. Clar. in. alleg. loc.* si
6 autem (*) non attenta inquisitionis ineptitudine ad condemnationem deveniatur, prout in certis casibus, videlicet propriæ

confes-

confessionis, secundum non nullos, vel criminis manifesti, fieri potest: *Carer. in pr. crim. d. homicid.* §. *Trigesimo primo excusat. pag. mihi 447 n. 2. & 3.* reus tamen (*) ta- 7
liter inquisitus nunquam ordinaria aut poena mortis debet affici sed mitius puniri *Carer. in pr. crim. d. app. in crim. supra dict.* §. *n. 33. Marant. cons. 117. n. 2.* De inquisitione inepta & confessione inquisiti secuta, dicit
(*) *Angel. in cons. 178. incip. visis actis prae-* 8
dictis: Tutius esse ut inquisitus ab observatione judicii absolvatur, & denuo postea aptè inquiratur: Quem citat *Marant. in spec. aur. part. 6 d. inquisit. in fin.* Sed (*) an id 9
consilii capere possit judex, videat: Reo inquisito, cui propter processus invaliditatem poena erat mitiganda, forte non est successurum: Interea loci accedit *Angel. dict. cons.* illis, qui *supr. caut. 8.* allegantur &
comprobant, inquisitionem (*) ineptam 10
per subsequentem confessionem non convalidari. Cum etiam paulo ante (*) dictum 11
sit, inquisitionem propter ineptitudinem invalidam subsistere, si crimen sit manifestum sive notorium: Huc repetat omnino inquisitus, & attendat quae de notorio continentur in *caut. 14. & caut. 15. supra hoc tit.*

CAUTELA XXIV.

Pro accusatore ne succumbat.

SUMMARIA.

1. Locus & tempus delicti in accusatione debent assignari.
2. Ita quoq; in inquisitione.
3. In quibusdam tamen illud non est necesse.
4. Quando necesse est adiicere locum & tempus, vel quando non: Accusator vel ponat, vel omnino omittat.
5. Si ponit & non probat succumbit.

1 CIrcumstantias delicti, præsertim loci & temporis asignare tenetur accusator *secundum l. libellorum 3 ff. d. accusat.* aliàs est inepta & non procedit: *Ang. in cons. 178. & cons. 297. Hipp. d. Marsil. in pr. crim. § quoniam. n. 57. 58. & in §. & quia n. 10. 11. 12. 13.*
2 Ita quoq; (*) ut subsistat inquisitio continere debet locum & tempus: Quia in ea requiruntur omnes solennitates quæ; requiruntur in accusatione: *Angel. in l. si vacantia C. d. bon. vac. Marant. in spec. aur. part. 6. d. inquisit. n. 35. 36. 37. & alii ibidem allegati:*
3 (*) Sunt tamen quædam crimina, in quibus non est necesse ut asignetur

tur locus & tempus : Quale est crimen falsi,& tale quod habet tractum temporis successivum. *Bart. in l. libellorum n. 16. d. accusat. Menoch. cons. 100. n. 85. 88. & 91.* Hinc (*) cautela est pro accusatore ut eo casu, 4
quo necesse est locum & tempus assignare,ponat : Eo autem casu, quo non est necesse in libello accusatorio ponere locum vel tempus commissi criminis, omittat: Namq; (*) si postea ea non probat, debet 5
succumbere,etiam præsupposito, quod testes aliás de delicto deponant: *Steph. Bertrandus vol. 6. cons. 217. n. 2.* ubi dicit *DD. ita communiter respondere.*

Cautela XXV.

Pro delinquente, ne per inquisitionem & examinationem testium delictum contra eum probetur, sed ut absolvatur.

SUMMARIA.

1. Testes qui nihil sciunt de maleficio, sunt examinandi.
2. Sic inculpatus absolvetur.
3. Sed hæc non est cautela sed corruptela.
4. Pax quærenda ab occisi propinquis.
5. Testes accusatoris examinandi, quos velit producere super innocentiá reus.
6. Quid judex contra hasce collusiones facere debeat.

Ca-

Cæpolla in suo tractatu cautelarum, *cautela 66. in fin.* hanc tradit cautelam
1 pro delinquente, & sic scribit: (*) Quando crimen debet renunciari per Syndicum vel Officialem contratæ vel villæ, & ille Officialis est amicus tuus: Tunc potes procurare, quod ille Officialis pronunciet reum, & det nomina testium, qui penitus ni-
2 hil sciunt de maleficio: (*) Quia tunc examinatis testibus, qui deponunt se nihil scire, de necessitate debebit illum inculpatum absolvere, ex quo nihil probatum est contra eum, per *leg. si non defendantur ff. d. poen.* Sed cave ne hac cautela utaris in perniciem animæ tuæ: Hactenus Cæpolla:
3 (*) Sed quis non videt hanc cautelam non esse cautelam, sed corruptelam, quamvis adiiciatur clausula finalis: Nunquam enim fieri potest, ut ea sine pernicie animæ quisquam uti, vel Officialis hoc modo reo sine conscientiæ vulnere favere possit, sed potius propter dolosam & fraudulentam eiusmodi denunciationem gravi dignus sit poena: *Hipp, d. Mars. in pr. cr. §. sequitur n. 48. in fin.* Similem cautelam, cujus hic quoq; mentionandi occasio incidit, scribit *Ant. Blanc. in caut. crim. 11. cuius verba sunt sequen-*

sequentia: Est & alia (cautela intellige) ut (*)quæratur pax ab interfectore, cum propinquis occisi, & omnino fiat si potest, & postea ea factâ, tu, quivis defendere absentem, fac, ut propinqui occisi dicant, se velle accusare absentem interfectorem, & proponant accusationem, & postea fac, (*)ut ipsi etiam producant eos testes quos vis examinari super innocentia, & isti testes recipientur à judice, & deponent super innocentiâ accusati, & judex postea cognita veritate, poterit absentem absolvere & ita solet aliquando practicari: huc usq; Blancus: (*) verum eiusmodi prævaricationes & collusiones quando subolfacit judicis prudentia, non solum procedat super accusatione sed etiam super inquisitione, ex officio accipiendo informationes, & examinando etiam testes non productos, vel à parte subministratos, atq; sic, si accusator colludit, non colludat justus judex: *Iulius Clar. in pr. crim.* § *fin. quæst. 3. vers. 6.* Hodie enim alterutrum remedium alterum non tollit: *vide supr. caut. 3. hoc tit.*

4

5

6

CAV-

CAUTELA XXVI.

Pro teste contra malitiam inquisitoris.

SUMMARIA.

1. Testis varians punitur.
2. Malitia judicum testes implicandi.
3. Qua potius utuntur ad nocentem liberandum, quam ad innocentem injustè trucidandum.
4. Prohibetur autem & improbatur id etiam in const. crim. sub pœna.
5. Contra ejusmodi judicum malitiam quid facere debeat testis, ut sit securus.
6. Quando testis depositionem possit corrigere.
7. Testis petere potest, ut prælegatur sua depositio.
8. Testis potest dicere, si aliter dicat per oblivionem, quam dixerit, se semper perseverare in prima depositione.

1 IN depositione sua (*) varians testis, maxime in causa criminali, punitut *l. eos ff. ad l. Corn. de fals.* atq; insuper sibi torturæ creat periculum. Illud non ignorantes
2 aliqui judices malitiosi (*) testes de eadem re sæpius, per intervallum, & sub diverso prætextu interrogant, id nimirum quærentes, ut si non semper eodem modo respondeant, pro variis, falsis vel su-
3 spectis habeantur: Quanquam (*) ego dubi-

dubitarim tam immanem & extreme malum nebulonem existere, qui idipsum faciat, vel ex mera testem illaqueandi libidine, eumq; in perjurii & quæstionis discrimen præcipitandi, vel ut innocentem injusto trucidet supplicio: Tamen creditu non est difficile, illud tentare interdum inquisitorem propterea ut reum inquisitum, sera & importuna condolentiâ ductus, liberet:

Dann es vermeinen etzliche einfeltige Leute/sie thun wol daran / daß sie demselben sein Leben retten: (*) Die sollen wissen/ daß sie sich schwerlich damit verschulden / vnd sind dem Ankleger derohalben für Gott vnd der Welt wiederkehrung schuldig: Dann ein jeder Richter vnd Vrtheiler ist bey seinem Eyd / vnd bey seiner Seelen Seligkeit schuldig/ nach seinem besten Verstandnus gleich vnd recht zurichten. Const. Crim. art. 150. (†) Sed contra hoc, ut testis sit securus, cautela est, si tale quid sentiat, ut nimirum protestetur, se dixisse quæ sciat, & si plura, vel aliter dicat, illa ex metu comminationis & tormentorum falsa dicere; Hanc Cautelã tradit 4 5

Ra-

Raimund Fichard. caut. 81. alios ibidem allegans. (*) Admittitur etiam testis ut se ipsum corrigat aliquando in depositione sua, quando ex simplicitate & linguæ præcipitantia forte locutus est: Sed ut id facere possit legitimè, & absq; suspicione corruptionis, cautela est, ut hoc faciat, antequam ab Inquisitore seu examinatore recedat, vel saltem brevi temporis intervallo, ut non verisimile sit, ipsum interea cum alterutro partium collocutum esse: *Idem Fichard. caut. 83. citans ad hoc l. Quod ait lex. §. ult. ff. ad leg. Iul. d. adult. ubi porro*: Si tamen testis ille juramento affirmare posset, se interea de sua depositione, vel statu causæ nihil cum partibus collocutum, neque etiam ab aliis ad hoc instructum esse: Sed memoriæ vel prolationis vitio, & non studiose errasse: Censeo ipsum tunc etiam post aliquot dies super correctione audiendum esse. Tradit etiam cautelam *Ioseph. Cumia. in pract. Syndic. cap. 6. n. 13.* ut

6

7 testis (*) petat sibi exhiberi, vel prælegi depositionem prius à se factam: Nam judex ad hoc tenetur *secundum Bart. in l. eos ff ad*

8 *leg. Corn. d. fals.* (*) Est etiam hæc cautela pro teste, ut nempe dicat: se dicturum, vel dice-

dicere, ut prius dixerit, in prima depositione, & si aliter diceret per oblivionem, se semper perseverare in prima depositione: *Bart. Mars. in dict. l. eos. Fichard. caut. 84.*

Cautela XXVII.

Ad Sciendum furem ex instrumento in loco commissi furti relicto.

SUMMARIA.

1. Contra dominum sive possessorem instrumenti in loco furti relicti insurgit indicium.
2. Quomodo fur sciri possit si instrumenti relicti dominus sive possessor ignoretur.

SI in loco furti instrumentum ad furandum repertum fuerit, vel alia res â fure relicta, contra dominum sive possessorem ipsius rei insurgit indicium: *Grat. cons. 95. n. 20. Hippol. de Mars. cons. 8. n. 2. & n. 5. Blanc. de indic. n. 427. v. res aliqua.* Sed quid si ignoretur dominus instrumenti? Cautelam (*) inquisitori (si illud est ferreum, quale plerumq; esse solet, quo fures ad effringendum utuntur) factum quoddam exhibet, â Ioan. *Bonefac. in tr. de furt. §. est. n. 50.* ita narratum. Quidam noctu furati erant ex apothecâ merces quam plurimas, 1 2

 ibiq;

ibiq; palo ferreo, quo ostium fregerant, relicto: Eo invento atq; in judicium perlato, judex inspexit pali signum (solent enim fabri operibus suis proprium signum apponere, ut illius author recognoscatur) evocatoq; pali authore, ex eo quæsivit judex, cuinam eum vendiderit, à quo nominatis quibusdam, qui ab eo palos ferreos emerant, detentis illis qui erant suspecti, delictum fuit in comperto, & fures laqueo suspensi.

TITULUS TERTIUS.

De Captura & Carcere.

Cautela I.

Pro Iudice ad Capturam procedente.

SUMMARIA.

1. Sine judicis informatione & indicijs nemo capi debet.
2. Capitaliter delinquens, & lictoribus resistens, impunè ab illis occidi potest
3. Quomodo judex præcavere debeat ne in eiusmodi casibus teneatur de syndicatu.
4. Quæ requirantur ut judex possit mandare reum capi & adduci vivum aut mortuum.

AD (*) Capturam regulariter procedi non potest, sine judicis informatione, indiciis, & cognitione *l. 1. ff. de cust. reor. l. 3. C. de exhi. & transmitt. reis*: Et quando quis indebite captus est, nullus est locus torturæ: nec potest captura justificari supervenientib. probationib. *Fran. Purpuratus inter consil. feudal varior. cons.* 1

53. n. 3. & 4. ex Bald. lib. 4. conf. 338 Quod locum habet etiam in criminibus gravioribus *Bald. in l. si quis alicui C. ad. L. Iul. Maj. Purpurat. dict. loc.* Quæ (*) indicia si talia in
2 delicto sine dubio capitali extant, ut justè aliquis capi possit: Comprehendendus autem cum armis resistit, & à familia Prætoris seu lictoribus, qui eum aliter Capere non poterant, occiditur, illud homicidium (quanquam quidam contraria non usq; quaq; improbanda nitantur sententia, *quos refert. Farinac. in. pr. crim lib. 1. tit. 4. quæst: 32. n. 49. & seqq.*) est impunitum, & excusatur *Constit. Carol. V. Artic.* 150. ubi tamen monetur ut ejusmodi in casu, & aliis ibidem relatis, consulantur sapientes:
3 Propterea (*) cautus debet esse judex, & indiscretis apprehensoribus, ne carcerandũ cum discrimine vitæ capiant, serio injungere: Si enim contra aliquem non constet de delicto capitali, & judex eum cum vitæ periculo curet capi, tenetur de syndicatu. *Cason de captur. & carc. cap. 9. n.* 14. Familia eitam Prætoris in capiendo injuste temerarie & de facto procedens & occidens, æquè tenetur de occiso atq; quilibet alius privatus *Hippol. d. Marf. pr. crim. §.*

dili-

diligenter n. 55. idem in l. 1. n 64 ff ad l. Cornel. d sicar. & in. l. 1 in prin. in 2. colum. ff. de quæst. Hoc magis, ad evitandum periculum ſyndicatus cavebit judex, ne mandet quempiam capi & adduci, aut vivum aut mortuum, niſi de tribus ſequentibus ſit certus: Primo, quod delictum commiſſum ſit poena mortis dignum: Secundo, quod de tali delicto per capiendum commiſſo conſtet ex actis: Tertio, quod de eodem delicto conſtet notoriè & plenè, in tantum, ut ſciatur capiendum nullam poſſe facere defenſionem, aut in contrarium probare quicquam: Alias enim judex condemnaret innocentem, & exequeretur ante condemnationem: Ang. d. malef. in verb. quod fama publica n. 54. prope fin. Farinac dict. loc. n. 53. Nec relevabit judicem quod ſecundum vulgare pro eo præſumatur: *cap. in præſentia, de renun.* Et quod quis iuſte carceratus in dubio debeat præſumi ſecundum. *Hippol. Rimin. conſ. 135. n. 24. vol. 1.* Nam pro judice præſumitur quidem quo ad iuſtitiam cauſæ, non autem quo ad ordinem proceſſus, niſi quatenus ex eo appareat. *cap. quoniam contra. d. probat.* Idcirco antedicta, & quod captura & incar-

incarcerario sit justa, ex actis debet constare, alioquin censetur injusta. *Prosp. Farin. in pract. crim. lib. 1. quæst. 30. n. 145. & n. 146.*

Cautela II.

Pro Iudice sive Officiali in aliquo casu si carceratus evadat.

SUMMARIA.

1. Officialis cui carceratus non satis bene custoditus evasit, conveniri potest super Syndicatu.
2. Cautela pro eo.

1 Officialis (*) interdum solet conveniri super Syndicatu, quod carceratum non detinuerit: Forte dum Nobilis vel alia egregia fuit persona, ei assignaverat locum amplum variis evasionibus obnoxiũ:
2 Pro(*)eo cautela est ut ad domum vel palatium det custodes, quod perinde est ac si captivum in carcere retineat, *Ioan. de Arnon. caut. 51. Ang. in l. si carcerem ff. quod met. caus.* Si princeps aliquem carceribus mandari jussit, satis illi obtemperatum dicitur, si palatium, vel tota civitas in carcerem assignetur. *Hieron. Magonius Rota Luc. decis. 90. Doct. Marta in Digest. nov. tom. 2. tit.*

tit. de carcere & carcerat. cap. 25. vide etiam quæ dixi in cautela quarta hujus tit. in fin.

CAUTELA III.

Pro Iudice qui aliquem injuste in carcerem conjecit ne de Syndicatu vel injuriarum teneatur & pro taliter incarcerato ad illud præcavendum.

SUMMARIA.

1. Ex Bartoli opinione carceratus dans fidejussores ante relaxationem, videtur confiteri, se justè fuisse captum.
2. Inde cautela pro judice.
3. Opinio Bartoli examinatur.
4. Si quis propter debitum dat fidejussores non fatetur illud.
5. Carceratus dans fidejussores ad relaxandum, videtur eos dare potius, ad tollendam carceris molestiam, quam ad approbandam capturam.
6. In libertate, animosius causa defenditur quam in mala mansione carceris.
7. Metus ulterioris retentionis major est, quam metus mortis.
8. Consensui & tacitæ confessioni nihil tam est contrarium quam metus & coactio.
9. Pleriq; carceratorum datis fidejussoribus jus suum adversus judicem injustum tacitè integrum reservare existimant.
10. Caute facit injuste carceratus si præstans fidejussionem protestetur, se ea, capturam ut justam, non approbare.
11. Protestatio conservat jus protestantis.

12. Cautela ut consanguinei vel amici carcerati pro ipsius fidejussione dent fidejussores.

Species facti posita in *disputat. quadam Bart. incip. Lapus* judex quidam fecit aliquem injustè capi, eumq; postea relaxavit accepto fidejussore de repræsentando ad ipsius requisitionem, Postquam autem captivus est relaxatus convenit judicem in Syndicatu, & de iniquitate incarcerationis conqueritur *ex leg. Nec magistratus*
1 *ff de injur*: in hoc casu (*) consultus Bartolus respondit: judicem excusari, propterea quod per dationem fidejussoris videatur reus confessus se justè fuisse captum, atq; ita capturam approbasse judicem proinde ex *d. l. nec magistratus ff. de injur. & ibi gl.* injuriarum non teneri quæ alioquin æstimantur juramento injuriati salva tamen taxatione æqui judicis: *gl. & Bart. in l. injuriarum æstimatio ff. de injur. Socin. cons.*
2 *146*. Inde (*) cautela in aprico est, judex qui injustè aliquem in carcerem intrusit, ne super syndicatu vel injuriis conveniri possit: ut antequam captivum dimittat curet ab eo sibi dari fidejussores de presentando toties, quoties fuerit requisitus: Per ejusmodi enim fidejussionis præstationem car-

carceratus videtur approbare capturam, & confiteri se legitimè captum, secundum responsum Bartoli, quem etiam secuti sunt *Amed. de castell. in tract. de Syndicatu c. colum. penult. vers. postremo dicendum est: Thom. Ferrat. caut. 14. n. 3. Cels. Hugon. in cons. 71. n. 10. vers. quoad vero capturam & cons. 121. n. 2.* vide etiam cautelam, quam annotat *Coler. decis. 164. n. 6.* Verum hanc (*) dictam cautelam non usq; quaq; tutam 3
esse arbitror, nec dictis authoritatibus movetur *Hering. de fidejuss. cap. 5. n. 158.* ubi statuit, si quis (*) propter debitum dat fide- 4
jussorem, ipse non agnoscit nec fatetur eũ qui accipit, esse creditorem suum: quia possit alio animo fidejussorem dare, vitandæ puta tantisper instantiæ & importunitatis creditoris, cui tamen, postea se nihil debere monstraturus sit *l. litibus. § penult. & ult. c. d. agric. & censit. lib. 11. Cuiac. ad African. tract. 7 pag. 197.* Si itaq; hoc, eo 5
magis obtinebit, ubi quis (*) incarceratus seu propter prætensum debitum, seu insimulatum delictum, pro relaxatione carceris det fidejussores: possunt enim, imo videntur potius dari ad tollendam custodiæ molestiam, carceris, ejusq; squaloris

intolerabilitatem, & ad consequendam pristinam libertatem, in qua longe animo-
6 sius (*) causam tueri licet quam in mala carceris mansione, quæ libertati repugnat, ac motum usumq; membrorum impedit, *Iacob. Marchisellus in sylv. practicar. quæst. quæst. 33. n. 1.* Ac proinde liquet rationem, ne scilicet posterior hæc fidejussio efficiat, ut carceratus se justè esse captum & detentum confessus censeatur, longè maiorem esse illâ, quæ aliquem neq; agnoscere, nec fateri debitum facere potest. Hanc enim præstitit incarceratus ex tædio capturæ,
7 metu (*) ulterioris retentionis, qui multis major est quam metus mortis *Ant. Fab. in c. pag. 495. def. 30. n. 7.* & aliis inde resultantibus modo dictis incommodis, & ita coactus: Illam, prætensus debitor, ut solummodo evitaret importunitatem creditoris, & sic magis voluntarie: Consensui
8 (*) autem & tacitæ confessioni seu approbationi nihil tam est contrarium quam
9 metus & coactio. Præterea (*) pleriq; mortalium hanc subtilitatem, Bartoli & sequacium non percipientes, datis fidejussoribus suum jus contra quemcunq; & adversus ipsum judicem injustè carcerantem tacite

cum

(cum expressam mentionem facere reformident) sartum tectũ reservare autumant: iniquum autem & semper injusti iudicis libido foret impunita, si iniuria per indebitam carcerationem alicui illata, per cautionem vel fideiussorum dationem sublata, & relaxatus se justè captum confessus censeretur, Namq; sic, uti alias quoq; solitum est vulgus iudicum, indistinctè nullum, nedum iniuste captum, sine præstita cautione & datis fideiussoribus essent dimissuri, & ansam delinquendi sæpe apprehensuri, quos admodum perstringit & eleganter refutat *Franz. Personalis d. indic. & tort. n. 102. & seqq.* quo lectorem remitto, Præterea, quod in favorem carceratorum in iure est introductum, non debet detorqueri in eorum odium. Præstatio autem cautionis est introducta in eorum favorem ut nimirum per eam libertatem recuperent, & ex mala mansione liberentur. Vide etiam Ludovic à Peguera decis. 74.

Hæc quamvis ita sint, caute (*) tamen 10
facit injustè, carceratus jam prærelaxandus, si præstans fidejussionem protestetur, se per hanc dationem fidejussorum capturam, ac si ea justa sit, non approbare, sed jus suum contra

contra quemcunq; reservare: tum postea eo magis erit ei integrum iniquum judicem super Syndicatu vel injuriis illatis post relaxationem convenire: Protestatio
11 (*)enim conservat jus protestantis. Cau-
12 telæ loco (*) & hoc usurpari posse existimo, si amici vel consanguinei in carcerem conjecti, pro eo relaxando dent fidejussores vel aliam præstent cautionem: Sic enim ipsi injustè carcerato, propter tacitam confessionem vel approbationem capturæ, ex responso Bartoli, nihil imputari nec, quo minus judicem convenire queat, impediri potest.

Cautela IV.

Pro Carcerato, qui accusatur de delicto poenam corporis afflictivam inferente, ut dato fidejussore è carcere liberetur.

SUMMARIA.

1. Quando pœna capitalis carcerato venit infligenda, nulla à judice debet acceptari (cautio.
2. Ratio ejusdem.
3. Nemo pro alio potest se ad pœnam corporis afflictivam obligare.
4. Si vero fidejussor se obliget non ut fidejussor, sed ut custos carceris, carceratus liberari potest.
5. Custos carceris cujus negligentia reus evadit,

dit, eadem poena punitur, quâ carceratus puniri debuisset.

6. Volenti nulla infertur iniuria

7. In delictis atrocioribus hæc cautela minime est admittenda.

8. Quid jure Saxonico hoc in casu obtineat.

9. Iudex carceratis potest favere, ut tempore feriarum sub fidejussione relaxentur.

10. Captus de crimine falsi etiamsi poena pecuniaria ei erit imponenda fide jussoribus non relaxatur.

11. Casus, quo judex captum, fidejussoribus vel militibus extra carceres custodiendum committere potest.

12. Reus sponte se sistens, præstitis fidejussoribus relaxatur, etiamsi de poena corporis afflictiva agatur.

13. Sponte comparens aliis inquisitis fugam capescentibus, debet absolui.

QVando pœna(*)corporalis, ubi delictum plene probatum fuerit, carcerato venit infligenda, nulla â judice debet acceptari cautio, etiamsi reus mille fidejussores dare paratus sit, pro ut communi voto Dd. fere omnes præter eos qui ex textu contrarium disputant, tradiderunt: *Bald. in l. 2. colum.* I. *in fin. C. d. exhib. reis & l. eos* §. *super his C. d. appel. Menoch. cas.* 303. *d. Arb. jud n. 15. Hippolit. de* Mars. *in pr. crim.* §. *attingam n.* 1. *Neviza. Cons.* 61. *n. 22. Fi-*

chard.

chard. Conf. 66. n. 5. part. 1. Farinac. in pr. crim. tit. de car. & Carcerat. & alii quam plurimi: Et ab ea opinione tanquam communi in judicando & consulendo facile, nisi propter evidentes & graves causas, forte testium diuturnam absentiam, vehementem rei morbum, accusatorum nimiam moram & similes, non est recedendum: *Hering. de fidejuss. cap. 10. num. 410. Franc. de fidejuss. cap. 3. n. 203. & seqq.* Ratio
2 est quia (*) fidejussor tenetur & fide jubere debet ad id, ad quod principalis est obligatus: Si itaq; poena corporali reus sit afficiendus, in subsidium, si aufugiat, ad eandem fidejussor obstrictus esset, quod tamen
3 fieri non potest: Cum nemo (*) sit membrorum suorum dominus, ut pro alio possit se ad poenam corporis afflictivam obligare: Cautela tamen hoc in casu est, ut carceratus præstita fidejussione è carcere libe-
4 retur, scilicet: Si datur fidejussor, (*) qui se obligat non tanquam fidejussor, sed tanquam commentariensis & custos carceris: tunc enim admitti potest, siquidem custos (*) carceris, cujus dolo aut negligentia reus evasit eadem pœna punitur, quam carceratus aufugiens delicto pro-

bato

bato dare debuisset *l. ad Commentariensem C.d.Cust.reor.& ibi Gothofr. in not. Menoch. de arb jud.lib.2.cas.303.n.37.* Et quanquam *Constit. Carolin. Artic. 180.* propter ejusmodi negligentiam constituto custodi carcerum, seu lictori poenam arbitrariam statuat, attamen hoc casu citra necessitatem officii / Volenti (*) & ad custodiam rei se 6
sua sponte offerenti & obliganti nulla injuria infertur: *Salic.in d. l. ad Comentariensem Hering. d. fideiuss: cap. 10. n. 421. & cap. 20. n. 56. videri etiam possunt* ibidem allegati Dd. Addit M*enoch. dicto loc*, quod judex sub hac notabili cautela amico possit favere; Verum eam (*) in delictis atrocioribus non satis tutam, imo minimè admittendam esse existimo: facili enim conatu ipse reus, ubi extremam videt sibi imminere perniciem, nec non eius commentariensis elabi, aufugere, atq; sic pessimo exemplo cum jactura venerandæ justitiæ & disciplinæ publicæ, publicum judicium reddere possunt uterq; elusorium. Hujus neq; cautelæ (*) in locis ubi viget jus Saxonicum, meo judicio, nullius potest esse usus: Nam aut delinquens est deprehensus in flagranti sive in manuali delicto vel fuga
delicti

delicti, hoc est secundum Saxones, auff handhaffter That / oder auff der Flucht der That/aut post aliquod temporis intervallum, quam ad securitatem alicujus loci semel se receperat, vel postquam delictum erat pernoctatum da die Tag vbernechtig worden/carceri est mancipatus. Hoc posteriori casu indistincte, de qualicunq; etiam crimine fiat accusatio, carceratus vel plane non indiget cautione, fide jussoria si immobilia in loco iudicii ad valorem unius Wehrgeldii possidet, vel datis fide iussoribus relaxatur, qui postea ubi eum sistere nequeunt, unius Wehrgeldii præstatione liberantur (à quo tamen per contrariam Saxoniæ consuetudinem, propter adductas rationes *à Colero in pr. execut. part. 2. cap. 3. n. 84. & seqq.* quas ibi lector videre potest, est recessum, intantum, ut hoc in casu, quo fideiussoria cautio admittitur pro ratione circumstantiarum ad magnam pecuniæ summam extendatur) illo, statim & eodem die (quod tamen ad æquitatis normam interpretari videtur *Coler. dict. loc. n. 76. & seqq.*) condemnandus & plectendus est: Sachsenspiegel *lib. 1. art 70. & glos. in fin. & art. 66. lib. 2. art. 9. &*
art

art. 35. Obiter hic addo, Illum qui de proximo erit liberandus posse judicem præstita fidejussione dimittere. *Iason. in l. naturaliter* § *nihil commune n. 110. ff. d. acquir. poss. Boss. d. carcerato fideiuss. committendo n. 15. 21. Menoch. d. Arb. jud. lib. 2 cas. 303. n. 34.* Favere (*) etiam potest judex carceratis, nisi propter crimina atreciora captivi detineantur vel confessi & convicti vel in flagranti deprehensi vel delictum notorium sit, ut tempore feriarum Pascatis & Nativitatis quidam sub fidejussione alii simpliciter relaxentur per *l. Nemo 3. c. d. Episc. aud.* Bartolus autem ad istum locum scribit, hoc in usu esse desiisse: Illa tamen magis pia consvetudo adhuc vigere interritorio Mediolanensi dicitur á *Iul. Clar. lib. 5. sent.* §. *fin. quæst. 46: vers. solent. etiam: Menoch. de Arb. iud. lib. 2. cas. 303. n. 12. 13. & n. 28. 38.* Hic obiter notandum quod Captus (*) & inquisitus de crimine falsi, etiamsi poena pecuniaria esset imponenda, fidejussoribus plane non sit relaxandus, id quod in hoc delicto, propter ejus enormitatem, est speciale. *Hippol. d. Mars. pr. crim.* §. *Attingam n. 7. idem in singul. 143. incip. crimen falsi. Dec. in cons. 142. incip.*

9 … 10

cip. in casu proposito. ab init. Muscatel. d. Cognit. delict. de falsis num. 38. Potest etiam
11 judex (*) reum committere militibus qui custodiant eum in aliquo loco tuto extra carceres, vel fidejussoribus, qui permittant eum in aliquo loco tenere vel statuere palatium vel civitatem pro carcere, sub fidejussione, quando personæ qualitas hoc requirit, & judex credit pro certo ipsum non fore culpabilem, pro ut se vidisse infinitis vicibus attestatur *Angel. in l. nullus n.3. C. d. exhib. & transm. reis. Iul. Clar. sent. lib. 5. §. fin. quæst. 46 n. 11.* Hac quoq; cautelâ uti potest bene sibi conscius, ut ni-
12 mirum sponte se sistat: Tunc enim (*) hoc beneficio dignus est, ut præstitis fidejussoribus relaxetur, etiamsi agatur de pœna corporis afflictiva: *Carer. in pr. crim. d. indic. §. incip. viso igitur n. 26. pag. mihi* 137. *Mascard. d probat. concl. 1337. vol. 3.* Ioan. *Bapt. Costa d. facti scient. & ignor. cent. 2.*
13 *dist. 96. n. 3.* Imo sponte (*) comparens, quando alij inquisiti fugam arripiunt, debet absolvi: Et constitutio spontanea diluit omnia indicia, quæ alioquin sufficerent ad inflictionem torturæ. *Mascard. dict. concl.*

concl. Bapt. Costa dict. distinct. n. 1. Bertatz. cons. crim. 38. n. 22. vol. 1. Vulpell cons. 95. n. 13. Decian. cons. 69. n. 44. vol. 3. Menoch d. praes. lib. 2. praes. 24. n. 14.

CAUTELA V.

Pro judice fidejussores recipiente, ad paratiorem contra eos executionem.

SVMMARIA.

1. Cautius fidejussores cum ipso Principali citantur & requiruntur.
2. Vt sine instantia exequi possit judex, stipuletur poenam apud acta.
3. Si extrajudicialiter fidejussores se obstringunt non est usq; adeo expedita executio.
4. Incusatio poenae obligationis, apud acta factae habetur loco sententiae.

FIdejussores, (*) qui intercedunt pro relaxando carcere & repraesentando reum toties quoties fuerit à judice requisitus, cautius cum ipso principali, inserta fidejussionis forma, citantur & requiruntur, sive fidejussoriae obligationes cõceptae sint apud acta Curiae, sive per instrumentum publicum extra judicium: ut autem in eventum sine instantia (*) & condemnatione contra fidejussores ad petitionen partis vel fiscalis statim realiter & personaliter exequendo

1 (right margin, beside line 1 of paragraph)
2 (right margin, beside "sine instantia" line)

 pro-

procedere possit judex, prudenter facit, si stipuletur poenam vel curet eos promittere & sese obligare apud acta: si enim in
3 instrumento publico(*) extrajudicialiter confecto fidejussores se obstringunt, non est usq; adeo expedita executio, sed opus est instantia & condemnatione: qua de re latius disserit *Ioh. Bernh. Muscatellus in practica fidejussoria part.* 1. *modo* 1. *n.* 6 7. *& seqq.* *& part.* 1. *modo* 10. *n.* 2. *& seqq. Affl. in const.*
4 *Clement. in fin*; Incusatio(4) pœnæ obligationis apud acta factæ habetur loco sententiæ & condemnationis. *Muscat. in d. pr. fideiuss. p* 1. *modo* 1. *n.* 9. *Ang. in l. frater à fratre col.* 3. *vers. in text. ibi ff. d. cond. indeb.*

CAUTELA VI.

Pro securitate judicis fidejussores accipientis.

SUMMARIA.

1. Iudex dimittens carceratum fidejussoribus idoneis non tenetur de Syndicatu.
2. Si fidejussor non est notoriè solvendo cautè facit judex, si curat sibi dari approbatorem, qui fidejussore non existente solvendo, ipse solvat.

1 Diligenter (*) advertere debet judex, quando quempiam sub fidejussionis

nexu

nexu relaxat, ut sibi dentur, fidejussores idonei, alioquin tenetur de syndicatu: *Iul. Clar. Sentent. lib. 5. § fin. quæst. 46. n. 12. Boss. in tit. de carcerato fideiuss. committ. n. 7.* narrat quod viderit in contingentia facti quẽdam magnum virum compelli etiam ante syndicatum ad solvendam pœnam, quã promiserat fidejussor: Propterea cautus sit judex, ubi fidejussor (*) non est notoriè plusquam solvendo ut faciat ei dare approbatorem seu collaudatorem qui illum collaudet & approbet pro idoneo: tunc enim in eventum, quo fidejussor existit non solvendo, ipse collaudator tenetur. *l. cum ostendimus § ult. ff. d. fideiuss. & nom. tut.* quã bonam cautelam esse dicit *Marian. socin. c. qualiter & quando, post n. 236. Iul. Clar. dict. loc.* ubi etiam allegat *Ang. de malef. Alberic. in tract. statut. part. 1. quæst. 59. Hippol. in rubric. de fideiuss. n. 345. Gerard.* Marol. *cons. 16. n. 6. & 7. Hering. de fideiuss. cap. 8. n. 43. & 44.* Quomodo autem talis approbator eligi debeat, videri potest, *Hering. d. loc. n. 46. & seq. Menoch. cons. 179. n. 2. Fulgos. Alex. n. 4. & Iason. n. 2. in l. si vero § qui pro rei ff. qui satisd. cog. Peregrin. d. iur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 39.* 2

CAUTELA. VII.

Alia pro judice cui dantur fidejusso, res ad relaxandum carceratum.

SUMMARIA.

1. Judex debet curare ut fidejussor promittat se quamcunq; condemnationem præstiturum etiam in instantia appellationis.
2. Fidejussio lata sententiâ expirat.
3. A causis criminalibus pœnam corporis afflictivam inferentibus hodie appellare non licet.
4. Astuti advocati propter beneficium appellationis, causas criminales student reddere civiles.
5. A causis criminalibus si non ad Cameram tamen ad alia inferiora judicia appellare possumus.
6. JusSaxonicum quid in hoc casu statuat.
7. Judices si in causa criminali procuratorem admittunt eam reddunt civilem.

1 CAutè agit judex (*) qui fidejussorem curat promittere vel suæ obligationi hanc clausulam adiicere quod præstare & solvere velit quamcunq; condemnationem contra suum principalem, etiam in instantia appellationis: Regulariter enim
2 talis (*) fidejussio expirat lata sententia & quando appellatū est fidejussor nō amplius tenetur: quæ est communis opinio ut dicit

Boer.

Boer. decis. 315. n. 1. Paris cons. 171. n. 30. lib. 4. Iul. Clar. n. 20. Ne autem quis putet, hanc cautelam esse inutilem & otiosam, cum â causis (*) criminalibus (quæ dicitur toti- 3
us germaniæ consuetudo) *ex ordinatione camerali part. 2. tit. 28.* §. *Item* nach deme auch hodie appellare non liceat: Hic monendum esse censeo, dictum §. ord. Cam. statuere de causis criminalibus die Leib=straffe auff jhnen tragen ut sunt formalia: inde intelligere est, â causis criminalibus pœnam corporis afflictivam non inferentibus appellare esse licitum: Præterea â causis corporaliter puniendis ad Cameram quidem (*) appellare prohibitum est, 4
interim non obstat, quo minus ad alia inferiora judicia possit appellatio interponi, nisi prohibeat illud inveterata loci consvetudo, quæ pro lege est: Nec pro ut ferunt multi, est totius Germaniæ consvetudo, ut ab ejusmodi causis non appelletur: In omnibus (*) enim ditionibus Electoris 6
& reliquorum Ducum Saxoniæ, quæ pars Germaniæ est non exigua, contrarium toto die observatur, es sey dann daß der Theter in hanthaffter that ergriffen

vide quæ eleganter deduxit *Moller. in semestr. lib. 4. cap. 33.* Rauchbar. *de quæst. iur. civ. & sax. quæst. 8. n. 45. Vult. lib. 2. iurispr. Roman. cap. 33. n. 25.* vide tamen omnino *Tolozan. lib. 2. cap. 8. de appellat.* Ac propterea hanc cautelam minimè esse inanem constat: Memini quoq; astutos Advocatos accusatis patrocinia præstantes, omni sæpe conatu in hoc fuisse sollicitos, ut quovis prætextu & fucosis adumbrationibus causas & actiones criminaliter institutas, etiã vere criminales, propter beneficium appellationis, redderent civiles: velut in specie hoc quandoq; fieri potest per relaxationem carcerati sub fidejussoribus. *Hering. de fideiuss. cap. 15. n. 56.* Quod etiam ostendit *Colerus* tam ex jure communi quã Saxonico *in processf. execut. part. 2. cap. 3. n. 95.* Sed contra id observari potest proxime sequens cautela â Colero *d. cap. n. 96.* tradita. Scio etiam id tentatum â quodam Reo,
7 (*) qui, ut per procuratorem una vel altera vice in judicio criminali compareret, â judicibus causarum criminalium non satis peritis obtinuerat, hac intentione ut ex illa parte, scilicet per comparitionem procuratoris, causam redderet civilem: Si

itaq;

itaq;, quovis modo id fiat, causa criminalis in civilem conversa, civiliter persequenda est, & lata sententia, quin ab ea appellari possit, nemo dubitabit.

CAUTELA VIII.

Pro Accusatore, seu Fiscali ubi videt accusatum vel inquisitum fideiussoribus relaxatum iri.

SUMMARIA.

1. Fiscalis videns reum fidejussoribus relaxatum iri, protestari debet & protestationem suam curet ad acta referri.

QVando Accusator seu Fiscalis (*) videt fidejussoribus reum relaxatum iri, cautela est ut curet ad acta scribi & protestetur nihilominus suam non esse intentionem à prosecutione poenæ, vel poenali judicio desistere: Hæc enim protestatio conservat jus protestantis *Colzr. d. process. execut. part. 2. cap. 3. n. 96.* 1

CAUTELA IX.

Pro Iudice, ne liberetur fidejussor, quando reus propter aliam causam, quam pro qua fideiussor datus est, venit condemnandus.

SUMMARIA.

1. Clari & DD. communis est opinio, ut quando reus fuerit condemnatus ex secundo delicto, fidejussor datus in prima causa prorsus liberetur.
2. Jnde cautela pro judice.

Julius Clarus *in pract. crim. lib. 5. sent. §. fin. quaest. 46. n. 22.* talem ponit casum: Praestitit aliquis fidejussorē in causa criminali, deinde fuit imputatus de alio crimine & bannitus: quaeritur numquid fidejussor datus in prima causa, teneatur reum praesentare & consignare sub poena in fidejus-
1 sione contenta? Respondet Clarus (*) quod non, imo secuta condemnatione contra reum, fidejussor remanet prorsus liberatus nec tenetur eum amplius praesentare: & haec est sententia communis ut refert. *Alber. in 4. part. statut. quaest. 64. Boss. in tit. de carcerat. fidejuss. relax. n. 41.* Propterea
2 judex debet esse cautus, (*) ut priusquam condemnet reum ex secunda causa, citet fidejussorem ad illum praesentandum ex prima causa deinde procedat contra reum ex primo & secundo delicto: De quo plura videat lector apud Clarum *dict. loc. & ibidem allegatos DD. videantur omnino*

qua

quæ de hac cautela paululum prolixius tradit Farrinac. in pr. crim. lib. 1. tit. 4. quæst. 34. n. 69. & 79.

CAUTELA X.

Ut carceratus sibi ab insidiis malevoli judicis, qui nulliter processum instituit bene caveat.

SUMMARIA.

1. Narratio alicuius facti.
2. Insidiæ, quas judices injusti captis & forte inique tortis, struere solent
3. Reus ex carcere auffugiens non solum nova contra se facit indicia, sed etiam pro confesso & convicto habetur, & perdit beneficium relaxationis sub fidejussione.

IN facto (*) scio contigisse, quod propter insimulatum delictum quidam non communicatis indiciis & plane indefensus, præter alias plures, propter imperitiam judicis, commissas nullitates, quæstioni subiiceretur: postquam autem reus eiusq; consanguinei Advocatum consuluissent, deductum est, & judici cæpit constare de variis instituti processus nullitatibus, præsertim quod in tormentis facta confessio prorsus esset invalida: Hæ propterea sunt misero insidiæ, structæ; Consti-

2 Constitutus (*) est ei certus locus pro carcere, evasionibus tamen obnoxius, & cum ipse sat diuturno tempore jura carceris non violaret, per tertium, proculdubio ad hoc instructum, fuit instigatus ut egrederetur secum, posset cito sine cuiusquam offensione redire, sed carceratus ad hortationem alicuius amici mansit: Si esset egressus, denuo fuisset ex fraudulenta machinatione tanquam aufugiens apprehensus,

3 (*) in pristinum vel duriorem carcerem cum perditione beneficii relaxationis sub fidejussione: *Menoch. de arbit. jud. cas. 303. n. 9. 10.* deductus, & periculum novorum indiciorum, quæ ex fuga oriuntur, non solum, sed etiam ut forte haberetur pro confesso & convicto *Hering. de fidejuss. cap. 5. n. 70. & 72.* & judex, quod imperitè neglexerat resarciret obiturus. Cautus itaq; sit incarcerati Advocatus, ne ejusmodi & similibus insidiis, judicem alioquin non decentibus, quibus imperitiam supplere conatur, simplex suus cliens illaqueetur.

CAUTELA XI.

Vt judex habeat rationem qualitatis carceris, pro ratione delicti & personarum & ne cum aliquo colloqui possint criminosi ad delicta pallianda.

SUMMARIA.

1. Qualitatem delicti, personæ & carceris prudens judex ante omnia considerare debet.
2. Persona egregia & quæ non atrox commisit delictum honestiori loco debet custodiri, quam vilis, vel quæ confessa & convicta est.
3. Si locus custodiæ est parum tutus & delictum atrox, etiam Nobilis incompedes conjici potest.
4. Senes non tam duro carcere detinendi sunt quam iuvenes.
5. Carcer est ad custodiam non ad poenam.
6. Jn id consentit etiam jus Saxonicum.
7. Si gravitas delicti postulat judex reum in ejusmodi carcerem includat ex quo cum nemine colloqui & de crimine palliando consultare possit.
8. Si plures sunt socii ejusdem criminis, separatis carceribus sunt custodiendi.

PRo ut generaliter judicem criminalem commendat sanum judicium prudentia & non nimis affectata severitas, ita quoq; quoad qualitatem carceris magna ejus discretione opus est: Consideranda(*) 1

ci

ei veniunt, qualitas delicti, personæ & carceris: Si crimen est atrox vel persona vilis & judici suspecta, carcerari potest, adhibitis etiam vinculis maxime autem si con-
2 fessa aut convicta sit: si vero est (*) persona nobilis vel egregia & delictum non est atrox, poterit honestiori loco sub custodia detineri *l.1.& leg.3. Divus de Custod.& exhib.reor.* Tyraq.*de Nobilit.c.20.n.31.idem in tract.d.pœnis leg.causa 31.n.10.12.* Si au-
3 tem delictum (*) est atrox vel persona suspecta, vel carcer parum tutus, quamvis nobilis sit, non in carcerem solum, sed etiam in vincula & compedes coniici potest. *Bald.in l.2.in fin.C.d.exhib.re.Menoch. d.Arb.jud.casu.305.n.7.* Rationem ætatis
4 (*) quoq; habebit judex, nec enim tam duro carcere detinendi sunt senes ut juvenes *gl.l.si ut certo §.custodiam ff.commodat. text.in l.ult.ff.d.cust.reor. Hipp.d.*Mars.*in pr.crim.§. Attingam n.15.* Id in gene-
5 re observandum, carcerem (*) ad custodiam non ad pœnam paratam esse debere: *Carol.V.in Const.Crim.Art.11.& 218.* quod etiam in specie monet *Ius*

Saxon.

saxon.(*) *lib. 2. art. 3. in gloss. n. 3. in fin. his verbis*: Man sol jhm aber nicht wehethun / auch nicht finster oder vertumpffen halten / daß er nicht davon vnsichtig oder vnsinnig werde. In Ketten oder Fesseln sol man jhn also halten / daß jhm die Knochen davon nicht verderben / oder verwahrloset werden: Hoc posterius intellige de eo qui propter criminis atrocitatem in vinculis servatur, cum quo coincidit *l. 1. C. d. custod. reor.* 6
In eo autem cautus sit judex si gravitas delicti expostulet, ut reum in ejusmodi 7
carcerem includat, ne cum aliquo colloqui & de elabendo vel crimine palliando consultare possit: & ita practicari per judices peritos attestatur *Gomez. cap. 9. delictorum num. 6. in fin.* Quod in primis necessum est, quando reus in tortura est confessus, ne

in-

instruatur factam confessionem revocare, id quod perfacile fit in carcere ubi plures detinentur criminosi & se invicem tanquam in schola docent evadere: *Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 64. n. 40.* Si plures
8 (*) sunt socii ejusdem criminis, separatis carceribus sunt custodiendi ad eundem finem, id quod etiam præcipit *Const. Carol. Art. 11.*

Nec tantum â collocutione rei incarcerati arcendi sunt tales, qui judici non immerito sunt suspecti, ut qui solent corda reorum indurare dicentes: Melius est semel in tortura pendere quam semper in furcâ stare: Quid si haberes brachia fracta, nonne sustineres medicum aptantem ossa cum dolore? Quid si dolore Jliaco uexareris nonne perferres? Quid si Podagram haberes nonne sustineres dolorem? Ideoq; melius est dolorem chordæ brevi tempore perferre, quam mortem subire: Vel qui arte magica possent efficere forsitan, ne reus ad confessionem criminis moveatur. De quibus vide *cautel. V V. infr. tit. d. indic. tort. & confess. Par. d. Put. in tract. d. syndic. §. Tortura grauior*: Sed etiam confessarii (excepto eo tempore, quo confes-

sionem

confessionem audiunt, absolvunt & miserū in doctrina salvifica instruunt) in quos alioquin nulla debeat hac de re cadere suspicio. Nam illi quandoq; non tantum docent reos judici æquiuocè respondere, delicta palliare, sed etiam factam de ijs confessionem revocare: Quæ impia & Reipub. detrimentosa corruptela (pro ut solent malimores bonas facere leges) fuit causa expressæ prohibitionis & sanctionis *art 31. & artic. 103. const. crimin.* daß die Beichtväter die Armen / Bekante Warheit zu leugnen / nicht weisen sollen : Dann niemand geziemet den Vbelthäteren jre Boßheit wieder gemeinem Nutz vnd frommen Leuten zum Nachteil mit Vnwarheit zubedecken. Quanquam tale quid cuilibet sacerdoti pio & dextro non inmerito displiceat: Non tamen hæc constituta sunt & dicuntur frustra: Sunt n. quidam de postremis ordinibus, qui non facto ipso solum demonstrant, sed etiam in publicis scriptis tradunt, quod & quomodo reus variis æquivocationibus & amphi bologiis judicem eludere, commissum delictum negare istamq; negationem sine conscientiæ vulnere (ut putant) juramento confir-

 mare

mare & complices celare possit ac debeat: Idq; sive judex secundum juris ordinem sive non juridice procedat. Sic dicit *Sotus lib.5.d.just.q.6.art.2.* Enimvero cum voces sint conceptuum signa, oratio illa, Nescio recipere hunc sensum citra mendacium potest: Nescio ut tibi modo dicam. Quare non adversatur alteri veritati scio simpliciter, etiamsi proprijs oculis id, de quo interrogatur vidisset. Cum quo convenit *Toletus d.instruct.sacerdot.lib.4.cap.21.* qui ibidem etiam dicit: Iurando licet aliquando uti æquivocatione & decipere audientem. *Leonard Lessius lib.2.d.justi. & jur. cap.43.* Si dum præcepto judicis juras te dicturum veritatem, quam nosti, restringas mente, quatenus jure teneor: Quare potest jurare sensu tibi commodo *Idem lib.2.cap.31.dub.3.n.16.* Dico quarto non est tamen improbabile, reum non peccare mortiferè negando crimen præsertim in causa capitali, quamdiu est spes evadendi, etiamsi juridice interrogetur: Idem sentit *Petrus Navarra in cap.humanæ aures 22.q 5. Emanuel Sa.v.reus.* Hæc pro ratione propositæ cautelæ tetigisse sufficiat: Similia plura lectu miranda videantur *in locis allegatis.*

CAV-

Cautela XII.

Pro custode carceris, ut sit tutus si aliquis captivorum moriatur.

SUMMARIA.

1. Quando carceratus moritur, præsumptio est contra custodem, ipsius culpa mortuum esse.
2. Cautela pro eo.
3. Judex cui morbus rei indicatur, suis sumptibus medicum adhibere tenetur.
4. Reus in morbo vehementi & lethali, datis fidejussoribus, etiam in delicto capitali relaxari potest.

QVando aliquis carceratorum (*) moritur præsumptio est, contra custodem, ut si non probet culpam abesse, sit præsumptio quod ipsius dolo aut culpa mortuus sit: *gloss. in l. cum ita* § *species ff. de legat. 2. Alex. cons. 156. vol. 2. Bossius in tit. de carcer. n. 7. Hippol. d. Mars. pr. cr.* § *Diligenter* 93. quod aliquando à judicibus susque deque habitum memini, in casu, quo custodes duo, seu lictores de aliqua

muliere, quæ propter crimen veneficii in carcerem detrusa perierat, referebant; diabolum ei fregisse collum, & se fragoris strepitum ante carceris ostium audivisse: Imo si hodie quisquam in ejusmodi mala mansione moritur eum ob torturam, squalorem, miserias carceris, vel incuriam custodis rarissime decessisse, sed sibi ipsi manus intulisse velâ dæmone, præsertim si ob magiæ crimen captus, jugulatus esse dicitur, & referentibus lictoribus vel carnifice, infamibus & plerumq; nequam hominibus, sine alia cognitione (miranda stupiditas) id creditur.

2 Est autem hæc cautela (*) pro custode quæ eum â periculo dictæ præsumptionis (si mortem Carcerati per testes probare nequit, quam si ita probaverit, non erit amplius molestandus *l fin. ff. d. custod Reor.*) relevat, scilicet: si videt aliquem ê captivis infirmum, ut statim ejus, ægritudinem notificet judici, & si deinde moriatur, Actuarium criminalis judicii vocet, qui adhibitis testibus visitet cadaver & recognoscat & hanc visitationem, adiectis circumstantiis quomodo illud invenerit, ad acta redigat, sic custos erit securus: Quod etiam obser-

observari in Ducatu Mediolanensi innuit *Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. pract. crim. quæst. 46. n. 5. vide quoq; quam cautelam exhibeat Ang. d. malef. in verb. quod fama publica præced. n. 81. vers. secundo quæro: Farinac. in pr. crim. lib. 1. tit. 4. quæst. 31. n. 44.* Iudex vero, (*) cui morbus indicatur, Medicum adhibere & necessaria suis sumptibus, si æger eos aliunde habere nequit subministrare tenetur, ut vel supplicio vel innocentiæ salvus, quantum fieri potest, remaneat: vel ad alium ad Medici curam aptum locum duci, vel pro ratione (*) morbi vehementis acceptis fidejussoribus, etiam in delicto pœnam corporalem inferente, relaxari potest *Hering. de fidejuss. cap. 10. n. 410. 411. Goddæ. d. contrah. stip. concl. 23. n. 424. 425.* In quibus tamen propter varietatem contingentium bona discretione & circumspectione uti, prudentis est judicis.

3

4

CAUTELA XIII.

Ad evitandam capturam & carcerem in causa criminali, quam omnino vide sub tit. de judic. Advoc. & Procurat. cautel. secund.

Cautela XIV.

Pro fidejussore rei sistendi.

SUMMARIA.

1. Si fidejussor sistat reum qui postea auffugit num ille adhuc teneatur.
2. Duos distinguant DD. casus.
3. Cautela pro fidejussore ut sit tutus.

1 AD requisitionem judicis (*) promisit fidejussor sistere reum, qui postea captus fuit & aufugit: quæstio est num adhuc teneatur fidejussor? Duo distinguendi sunt
2 casus, (*) aut fuit captus pro ea causa, pro qua fidejussor intercesserat, aut pro alio delicto: illo fidejussor liberatus est, hoc tenetur *Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de accusat. § sequitur versic. item quaero:* qui ta-
3 men ibidem subdit: Si fidejussor (*) vadit, ad judicem, quando reus est captus, & protestatur, quod illum habet pro præsentato, & quod non vult teneri amplius ex sua promissione, tunc (intellige etiam in posteriori casu) tutus est: *Boss. tit. de carcerat. fidejuss. comm. n. 39. Ludo. de Piguera decis. 47.* quem omnino vide ut & latius disserentem *Fulu. Pacian. cons. 152.* atq; hac pro fidejussore nota.

Cau-

Cautela XV.

Vt delinquentes facilius capiantur nec in fugam se coniicere possint.

SVMMARIA.

1. Sine speciali mandato nemo capiendus est.
2. Lictores speciali mandato carentes, eo quod illud exspectent, delinquentibus sæpe concedunt spacium auffugiendi.
3. Cautela pro judice ad hoc evitandum.
4. Quibusdam in locis observatur ut cives lictoribus in necessitatis casu præsto sint, ne delinquens auffugiat.
5. Per talem actum fama nequaquam labefactatur sed publicæ utilitati & salutari justitiæ inservitur.

Sine (*) mandato speciali neminem capiendum esse præcipit lex *Neminem c. de Exhib. Reis*: Quanquam ab hac lege multi casus, quos hic numerare non est necesse sunt excepti, præsertim ubi delictum est atrox, & quispiam in flagranti deprehenditur, etiam si clericus sit, quem judex secularis capere & suo judici præsentare potest, *Bart. in l. si quis in servitute ff. d. furt. 2. colum. & ibi Angel. de Peru. Gomez. tom. 3. cap. 9. n. 4. in fin.* Aliquoties tamen contigisse scio, quod lictores (*) speciali mandato carentes in facinerosos etiam in fla- 2

granti conspectos manum injicere noluerint, & dum illud expectarent, delinquentes
3 aufugerint id ut evitetur (*) & delicta non maneant impunita prudentes & cauti magistratus generaliter mandant apparitoribus si vident vel audiunt committi homicidium latrocinium vel id genus aliud publicum delictum, ut statim delinquentes absq; ulteriori jussu apprehendant & capturæ sistant: Addo cautius agi, sicuti e-
4 tiam quibusdam in locis (*) laudatissimè observatur, quando omnibus civibus in civitate vel aliis subditis serio & sub pœna arbitraria imponitur, ubi lictores non ilico præsto sunt, vel criminosos sine discrimine vitæ capere non possunt, vel etiam pars offensa aut cujus inter est, aut alius de populo facinorosum solus capere & ad judicem deducere non potest, quod omnino licet *arg. l. capite quinto ff. de adult. l. interdum §. qui furem ff. d. furt. Bald. in l. fin. C. d. exhib. re. in l. nec timorem ff. quod met. caus. Bald. in l. eum eod. ff. ad Leg. Iul. pecul. Gomez. de delict. tom. 3. cap. 9. n. 3.* ut ipsi in ejusmodi necessitatis casu opem ferant, delinquentes capiant & judici offerant, ne justam ultionem & vindictam publicam effuge-

fugere possint: Nec plebeculæ (*) vana opinio alicujus habenda est, putantis si lictoribus hac in parte auxilium præstent, suam famam admodum labefactari, cum tamen nihil minus accidat, sed potius salutari justitiæ inserviant, proximo & publicæ utilitati. In Repub. Venetorum beneficia & emolumenta, ultra impunitatem homicidii, illis conceduntur, qui capiunt delinquentes in flagranti: Cujus meminit *Ioan. Bonefac. Venet. in tract. d. furt.* §. 1. n. 31.

CAUTELA XVI.

Pro Iudicibus ut diligentem habeant curam captivorum ne in pœnam l. fin. C. de Custod. reor. incidant: & animæ salutem negligant.

SUMMARIA.

1. Iudex à commentariensibus designationem carceratorum, delictorumq; specificationem singulis mensibus exigere debet,
2. Vsum praxeos hoc non recipere quidam autumant.
3. Sed contrarium probatur.
4. Admodum pie & humaniter faciunt judices, si singulis hebdomadis sibi referri curent, de prospera vel adversa carceratorum valetudine.
5. Ratio cibi & potus habenda.
6. Carcer est ad Custodiam non ad pœnam.
7. Commentarienses quales esse debeant,

8. Pravitas officialium perstringitur.
9. Confessio propter frigus aut famem in carcere facta, est nulla.
10. Quam graviter Deus eos punire soleat, qui nullam habent curam captivorum.

1 COmmentariensis (*) sive custos carcerum ut singulis mensibus numerum carceratorum, ætatem una cum designatione delictorum, propter quæ detinentur, eorumq; qualitate fideliter significet, judex exigat, ut curam & notitiam eorum habere & citius causas diffinire possit: alioquin punitur in 10. lib. aur. *l. fin. C. de custod. reor.*
2 Quamvis (*) autem hoc usum praxeos non
3 recipere quidam asserant: attamen lex (*) posita est, & salutaribus rationibus suffulta, adeo ut si quid contra eam introductum sit, id non tam consuetudinem quam corruptelam, qua carcerati in squalore marcescunt, redolere, quivis facile judicabit: Hanc quoq; legem optime observari Mediolani refert *Iul. Clar. sent. lib. 5. §. fin. cap. 46. n. 4.* & in Hispania ut attestatur *Gomez. cap. 9. delict. n. 7. in fin.* ubi annectit, quod non tantum in curia Regali sed omnibus civitatibus & locis Regni cum incarceratis, certis diebus in qualibet hebdomada, ut brevius & melius eorum causæ determinen-

nentur, audientia publica instituitur. In
præclara quadam Romani Imperii civita-
te aliquot januis & valvis curiæ inscri-
ptum vidi majusculis literis: Gedencket
der armen Gefangenen: Quod pro-
cul dubio propterea est factum, ne mise-
rorum ulla magistratum istius loci cape-
ret oblivio, sed semper præ oculis, curæ &
cordi essent. Humaniter & pie(*)faciunt 4
magistratus, si etiam singulis hebdomadis,
& ubi necessitas expostulat singulis die-
bus curent sibi referri de prospera vel ad-
versa valetudine carceratorum, præsertim
ubi eorum magnus est numerus, ut cibi
(*)& potus ratio haberi possit: non enim 5
iisdem ferculis tractandi sunt & ægri aut
alias molles imbecillioris stomachi, atq;
robusti, non & nobiles aut in dignitate
constituti, ac plebei, Senes ac juvenes, ne
eorum custodia (*)in pœnam, cum iactu- 6
ra sanitatis & vitæ, pervertatur: Quod sæpe
quam pessime neglectum â Deo Optim.
Maximo quàm severissime punitum
memini: Nec minus pie quam pru-
denter agit judex, cum captivis seorsim,
remoto paululum custode, conferre &

ex ijs interrogare jubens, num etiam ab eo durius tractentur, cibus, potus panni albi aliaq; necessaria porrigantur? *Fran. Marc. ex Parlam. Delph. part. 1. Decis 916.* Non excusabit incarceratorum multitudo, cujus sæpe causa est, quando Princeps vel Magistratus, in locum ubi resident, omnes fermè captivos convehi jubent: Quo enim eorum sunt plures, eo plures constituendi sunt probi, mites, humani & affabiles cu-
7 stodes ac diligentissimi (*) commentarienses qui libenter captivis necessaria subministrant, non tales, de quorum vitiis sceleribus & morum pravitate admodum conqueritur *Damhoud. in pr. crim. cap. 17. n. 3.* quo lectorem remitto ne & cura simul & causæ, quas tamen celeriter expedire interest Reipublicæ & divinis ac humanis sanctionibus consentaneum, cum incensione iræ Dei ardentissimæ postponantur: Id quod hac rerum tabe non raro
8 ex oculis fuit sepositum: Vnde occasionem (*) sæpe nacti sunt officiales iniqui juxta ac avari innocentibus præsertim in facultatibus fortunæ positis insidias struendi in carceres detrudendi injuriose in luto & squalore detinendi & pecunias extor-

torquendi, parui pendentes vel marce-
ſcant miſeri vel vivant, & ſi quicquam ob-
nimis durum (*) carcerem famem, frigus 6
confiteantur, talem confeſſionem non eſ-
ſe ſpontaneam ſed ex tortura vel ſaltem
formidine torturæ factam *Bart. l.* 1. §. *Di-
vus. ff. d. quæſt. Caſon. d. torm. cap.* 19: Sunt
qui recordantur tantam alicubi carcera-
torum irrepſiſſe negligentiam, ut illi poſt
præterlapſum annum â tempore capturæ
primum in terrogarentur, quibus de cau-
ſis in carceres eſſent conjecti? Verum hæc
(*) & ſimilia cauſam dederunt extremo 10
malo, & ferme totali ruinæ quam ſubditi
magno ejulato adhuc deplorant. Quam
prædicaturus eſt curam & viſitationem
captivorum extremi judicii judex, *Matth.*
25. Quam terribiliter imo igne æterno.
illam omittentes puniturus? Sed hæc ad-
monitionis potius quam Cautelæ loco
adjicere volui.

Cautela XVII.

*Pro judice ſeculari delinquentem
ab Eccleſia extrahente.*

SVMMARIA.

1. Qui delinquentem ab Ecclesia extrahit, dat poenam viginti librarum auri purissimi.
2. Hoc in desvetudinem venit.
3. Hodie criminosi non expectata Prælati licentia ab Ecclesia extrahuntur.
4. Non propter quodvis crimen leve delinquens in templo est capiendus.
5. Judex antequam ad capturam in templo procedat sit bene informatus.
6. Quomodo ea facienda caute.
7. Ecclesiæ immunitas non violatur si contra mentem & gratiam prælati delinquens abstrahatur.
8. Qui capitaliter delinquentibus patrocinia præstant, sibi metipsis securitatem tollunt.
9. Reus si ex carcere aufugit, eo magis potest à judice capi & ab Ecclesia extrahi.

1 DElinquens (*) si ad Ecclesiam confugerit non est ab ea extrahendus C. inter alia. de immun. Eccles. hanc immunitatem violans dat pœnam viginti librarum auri purissimi *c. quisquis*. 17. 4.4. Sed
2 ista pœna (*) hodie non exigitur, & per desuetudinem illud jus exigendi perdidit Ecclesia ut attestatur *gl. in c. cum multa, in verb. Connubio* 15. *quæst. ult.* Ang. *de Castr.*

Castr. inter. Consil. Pauli de Cast.. Cons. 458. circa fin. lib. 2. Porro ne (*) Ecclesiæ sint asijla delinquentium & speluncæ latronum communem esse Dd. opinionem & hodiernam consuetudinem, ut licite criminosi in iis non expectata licentia Episcopi aut prælati qui difficiles sese præbere solent & sæpe faciunt delinquentes auffugere, personaliter capiantur & extrahantur asserit *Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 30. n. 1. & 20. & Remigius de immunit. Ecc.* quem cum aliis *Clar. dict. loc. allegat*, dicentem hanc quoq; consuetudinem in Hispania servari: Quæ & in terris Imperii Romani plerisq; in locis observatur videatur etiam *Damhoud. in pract. crim. cap. 15. n. 16. & 20:* Prosp. *Farinac. in praxi Crim. lib. 1. tit. 4. quæst. 28. n. 75. & 76.* Cautus autem sit judex: Nam etiam si non possint nec debeant esse Ecclesiæ asijla delinquentium tamen non iniquæ præstant miseris humana fragilitate in aliquod casuale incidentibus refugia ut sint ab injuria tuti vide, *Clar. d. loc.* Nec propter (*) quoduis, etiam crimen leve delinquens in templo est capiendus: *Damhoud. d. cap. 15. n. 22.* De perpetrato (*) igitur facto prius se bene 5

in

informet judex, quam ad ejusmodi capturam, quæ sæpe cum tumultu fit, procedat, & quando quis comprehendendus est, serio apparitoribus imponatur, ut sine tumultu, quantum fieri potest, & offensa personarum Ecclesiasticarum capiatur: Ne autem sit, dequo Episcopus, vel ejus Vicarius vel Prælatus merito conqueri
6 possit, cautelæ loco (*) observandum & hoc esse putarim, ut simul et eadem hora licentia ejus efflagitetur, & captura apprehensoribus demandetur: Idq; propter fugæ periculum & semper suspicandam denegationem: Quod ipsum nonnullibi locorum scio esse continuæ observantiæ:
7 Neq; templum (*) vel alius locus Ecclesiasticus, ejusve immunitas propterea violatur, etiamsi contra mentem & gratiam Episcopi aut prælati fiat abstractio: *Sal. in Auth. si quis c. ad l. Iul. d. adult. Damhoud. in pr. crim. d. cap. 15. n. 21.* Nec quicquã magis convenit viris religiosis, quam ut operam dent, nedum ad mittant, quo difficilius contra publicam utilitatem, honestatem & ipsam Ecclesiam graviter delinquentes elabantur, & condignis suppliciis afficiantur: Quibus si patrocinia præstiterint,

rint, parum abest, quin & sibimetipsis securitatem omnem ab ejusmodi hominibus scelestis sustulerint. In capiendis iis qui ex carcere, uel aliter detenti ad Ecclesiam aufugerunt, eo minus dubitabit judex secularis, num iterum capi & abstrahi possint: Ipsi namq; nullo gaudent privilegio quia non fuerunt in sua libertate. *Gomez. tom 3. resolut. cap. 14. n. 6. in fin. vid & ibid. alios allegatos.*

Cautela XVIII.

Pro reo & fidejussore ne propter fugam ê loco carceris teneantur.

SVMMARIA.

1. Reo si dato fidejussore locus pro carcere assignatus est & discedit tenetur ejus fidejussor
2. Aufugiens si ex fuga revertitur, non rupta fidejussio.
3. Cautela pro fidejussore.

SI alicui (*) domus vel alius locus pro carcere est assignatus dato fidejussore, & ille postea discessit, tenetur fidejussor: Sed pro fidejussore cautela est ut omni conatu aufugientem redire conetur: tunc enim si (*) rediit non est rupta fidejussio, ac neuter ad pœnam tenetur: *Carer. in pr. crim. de indic. indic. 3. n, 30. pag. mihi* 130. ubi hoc no-

1

2

randum esse monet. Verum cum non sit semper in potestate fidejussoris, ut redire faciat fugientem, saltem studiosè procu-
3 ret,(*)ut is ad superiorem convolet,& penes eum de nimis judicis inferioris, injusta detentione, vel similibus conqueratur, sic non erit præsumptio criminis cōtra eum, nec ad pœnam fidejussionis tenebitur: *Carer. dict. loc. n. 38.*

CAUTELA XIX.

Qua carceratus reus ante sententiam definitivam, etiamsi ne dato fidejussore relaxatur.

SUMMARIA.

1. Ante absolutionem per sententiam definitivam reus non debet ex carcere relaxari.
2. Quando paret ex processu, reum fore absolvendum ad petitionem ante sententiam definitivam judex eum tenetur, & sine fidejussore, relaxare.

1 PEndente agitatione processus criminis, regulariter reus (*) non debet ante ex carcere relaxari, quam secuta sit absolutio per sententiam definitivam *tot. tit. ff. & C. d. custod. reor.* Interdum autem dimittitur præstita cautione vel dato fidejussore.

jussore. Quomodo autem & quibus casibus hoc fiat, dixi retro in aliquot cautelis hoc tit. Sed num ne cautela est, ante sententiam absolutionis definitivam etiam sine fidejussore liberandi reum detentum? Hanc ex *Bald. l. sed si is ff. d. injus voc. l. nullus C. d. exhib. reis*. Iason. *l. naturaliter ff. de acquir. poss. tradit Hippolitus de Marsiliis in pract. crim. §. quoniam n. 49. & n. 50.* dicens: Quando tu es Advocatus alicujus accusati, vel inquisiti de crimine capitali, & patet (*) ex processu quod ipse venit absolven- 2
dus & liberandus, ut quia plene est probata innocentia sua: Hoc casu tu potes petere â judice, ut dictum reum relaxet de carceribus etiam antequam sit liberatus diffinitivè per sententiam: & judex tenetur eum relaxare, etiam sine fidejussore: Quod pluries practicavi & obtinui in contingentia facti.

Cautela XX.

Pro fidejussore relaxati, qui post relaxationem aufugit.

SUMMARIA.

1. Quomodo fidejussor se contra judicem tueatur, si reum pro quo fideiussit repræsentare non possit.
2. Si reus ex metu novi cuiusdam perpetrati delicti aufugiat, fidejussor eum sistere non tenetur.
3. Ampliatur.
4. Nisi contra reum relaxatum, nova & prioribus fortiora indicia extant, non est iterum in carcerem conjiciendus.
5. Clausula, de repræsentando toties quoties, quomodo sit intelligenda.
6. Iudici asserenti, se reum ex antiquo delicto revocare, non creditur, nisi mediante juramento.

PRo & contra fidejussores relaxatorum carceratorum, aliquot cautelis præcedentibus quædam innui: Cautelam nunc adiicio quam considerare habet necesse fi-
1 dejussor, si (*) contra judicem pœnam exigentem velit se tueri, in casu quo reum, contra quem nihil relevans erat deductum, ê carcere ad fidejussionem suam dimissum, repræsentare non potest: Nimi-
2 rum ut (*) videat an novum delictum supervenerit, propter cujus inquisitionem vel metuendam condemnationem reus principalis aufugit: Tunc enim fidejussor ipsum sistere non tenetur, nec ad pœnam fidejussioni adiectam, est obligatus: Quod etiam

etiam obtinet (†) si propter hoc novum 3
delictum non dum est citatus vel accusatus reus principalis, multo magis si illud est notorium, ac propterea curiam metuens se conijcit in fugam *Prosp. Farinac. pr. crim. lib. 1. tit. 4. quaest. 34. n. 63. Thob. Non. cons. 103. n. 5. Hier. Gabr. cons. 181. lib. 1. n. 25.* vel an justa de causa judex reum revocaverit, quae est, quando super illo delicto,
(†) pro quo fidejussor intercessit, nova ex- 4
tant indicia, primis fortiora & urgentiora: Si enim ea deficiunt, reus non est iterum in carceres conijciendus *Boss. tit. d. sent. n. 61.* nec revocatus comparere tenetur: Ergo neq; eum praesentare tenetur ipsius fidejussor, qui regulariter in plus non est obligatus quam principalis *l. Graece §. illud ff. d. fidejuss.* Etiamsi promissio facta [sit] de re-
praesentando cum clausula, toties (†) quo- 5
ties, quae intelligitur secundum naturam judicij, scilicet, totiesquoties opus fuerit, & donec opus fuerit, ut sistatur: Atqui novis non supervenientibus indiciis non est opus reum praesentare. *arg. l. 2. ff. si quis caut. & l. cum quaerebatur §. pen. ff. judic. solv.* Ac proinde, si in ejusmodi casu judex bursae fiscali favens praesentationem rei, vel pro-

pter eam non factam, pœnam fidejussioni annexam exegerit, obstabit ei exceptio *l. dolo facit ff d. dol. except.* Prosp. *Farinac. in pr. crim. lib. 1. tit. 4. quæst. 34. n. 64. & seqq. & n. 68.* refert exemplum quod obtinuit in
6 praxi. Prædicta in tantum obtinent, (*) etiam si judex dicat, se velle reum non ex nova causa sed antiqua, ut ei non credatur, nisi mediante juramento suam assertionem confirmaverit *Farinac. dict. loc. n. 32. & ibid. alleg. DD.*

TITULUS QUARTUS.
De Indicijs, Tortura & Confessione.

Cautela I.

Pro Iudice, ne arbitrio, quod in hac materia indiciorum & tortura dicitur habere, malè utatur.

SUMMARIA.

1. In materia indiciorum & torturæ fundamentum totius praxis criminalis consistit.
2. Ad condemnandum probationes debent esse luce meridiana clariores.
3. Satius est impunitum relinqui facinus nocentis quam innocentem damnare.
4. Quotidiè noviter emergentes casus faciunt, ut hæc materia plurimum æquo judicis arbitrio committatur.
5. Quale autem hoc judicis arbitrium esse debeat, exponitur hac cautelà.
6. Quæstio lacerat corpus & ipsa fere morte durior est.
7. Quod demonstratur exemplis remisivè.
8. Tortura gravior pœna est quam utriusq; manus abscissio.
9. Arbitrium judicis, in hac materiâ vel expres-

ſis legibus vel DD. communi ſuffragio debet eſſe conformatum.

10. Iudici in lenitate potius & clementia, quam in ſeveritate peccare convenit.

11. Iudex à tortura propter ejus fragilitatem & periculum poteſt deſiſtere, non autem ſine ſufficientibus & legitimè probatis indiciis torturæ modum excedere.

12. Quemadmodum probationes ad condemnandum, ita quoq; indicia in ſuo genere luce meridiana clariora eſſe debent.

13. Iudex qualitatem delicti, perſonæ & tormentorum conſiderare debet.

14. Trepidatio & pallor non faciunt indicium ad torturam.

15. Pro crimine cujus pœna non eſt corporis afflictva nemo eſt torquendus.

16. In furto domeſtico tortura non habet locũ.

17. Nec in furto minimo.

18. Pro ratione qualitatis perſonæ gravius vel levius torquendus eſt reus.

19. In tormentis non par ratio eſt hominis ægri & ſani.

20. Iudex ſemper inclinare debet in partem mitiorem.

21. Nimis ſeveriter in criminalibus procedentes, privari debent ſua jurisdictione.

22. Remedium à quodam Principe adhibitum, quo ſe multorum innocentium tormenta & neces redimere putaverat.

23. Abſurda excuſatio alicuius novelli judicis.

24. Iudices ex officio reorum defenſiones quærere tenentur.

25. Etiamſi reus omnibus defenſionibus renunciaverit.

26. Confeſſio propter ſqualorem & frigus carceris facta, non eſt ſpontanea, ſed extorta.

To

TOtius (†) ferme praxis criminalis 1
fundamentum consistit in materiâ indiciorum, & torturæ: *Franz. Personal. in tr. de indic. & tort. ab init.* Et facilius est reũ vel condemnare ad mortem, vel absolvere quam in hoc puncto secundum jura & æquitatem bene arbitrari: Ad condemnãdum (†) namq; probationes debent esse 2
luce meridiana clariores *l. ultima C. de probat.* Quales si sunt, judex intrepidè condemnare potest: sin minus, & is propter quasdam non satis plenas probationes in dubio hæret, etiamsi eius animus suspicionibus esset occupatus, reus est absolvendus: Tunc enim (*) satius est impunitum 3
relinqui facinus nocentis quam innocentem damnare *l. Absentem 5. ff. d. pœn.* An autem (*) indicia sint ad torturam sufficien- 4
tia, an sufficienter sint & legitimè probata, ut reus quæstioni subiici possit, an probata sint, elisa nec ne, certis legum præceptis, propter varios calliditati & malitiæ facinorosorum hominum obnoxios casus, & noviter quotidie fermè emergentes, comprehendi nequit, sed ut plurimum æquo judicis arbitrio committitur: Quale autem hoc judicis arbitrium esse debeat, ne is eo 5
male

male utatur, in cautela hac prima, & sequenti, propter negotii gravitatem, periculosum & tragicum sæpe innocentiæ eventum, monere operæ pretium esse existimo: Quippe (*) quod quæstio corpus
6 laceret, & ipsa fere morte durior sit. *Bald. in l. interpositas n. 6. C. d. transf. & in l. 1. in fin. C. unde vi. VVesenb. in parat ff. d. quæst. n. 5.* Id quod eorum exempla satis com-
7 monstrant (*) qui in tortura perierunt, vel innocentes delictum fassi ultimo supplicio voluerunt potius affici, quam ejusmodi cruciatum sustinere: Qualia, ut & contraria eorum qui tantæ fuerunt duritiei ut vim tormentorum prorsus contempserint, legi possunt apud *Valerium Max lib. 8. cap. 4. d. quæst. Ex Paride de Put. adducit exemplum Boer. decis. 166. n. 3.* de quadam muliere in fenestra existente, & minas cuidam, quem odio prosequebatur, inferente & dicente: Io te fero tagliere la gambe non sera longo tempo: quas minas audiens quidam, etiam ejus inimicus, cui mulier minabatur, cogitavit illum occidere, hac spe impunitatis, quòd mulier occiso minata ac propterea infamata esset: Et postquam homicidium illud erat, com-

mis-

missum, insurrexit contra mulierem propter minas fama, idcirco capta, torta, confessa & supplicio injustè affecta est. Plura elegantia refert *Menoch. lib. 2 d. Arb. iud. cas. 269. & cas. 270. & cas. 272. Iul. Clar. pr. crim. §. fin. quaest. 64. vers. ult.* Quo lectorem remittere malo, quam ex scriptoris officio defungi: Hinc quidam torturam appellare solitus est omnipotentem: Item quod (*) tortura gravior sit poena quam utriusq; manus abscissio: *Hippol. de Mars. in l. 1. § praeterea n. 8. de sicar. & l. Divus n. 2. d. quaest.* Imo quod sit praeparatio ad mortem vel civilem vel naturalem *Ant. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 4. defin. 2. in allegat. in fin.* De varia vocis arbitrii significatione ac usurpatione hic non ero sollicitus, rem ipsam dicam: 8
Arbitrium (*) judicis in materia indiciorũ & torturae debet esse vel expressis legibus, quae de ea extant, vel sano praeclarissimorum DD. & interpretum communi suffragio conformatum: *Prosp. Farinac. in pr. crim. lib. 1. tit. 5. de indic. & tort. quaest. 37. n. 194. & seqq.* qui addit, *n. 200. ibid.* melius posse, formari regulam in contrarium: Quod videlicet indicia ad torquendum 9
non

non sint judici arbitraria: vel ubi casus ab iis nec dum decisus se offert, non ita utatur suo arbitrio judex, ut tanquam belua sensu & cupiditate ducatur *Menoch. de arb.*
10 *jud. in proem. n. 6.* sed ut vir bonus, (*) æquus & prudens in lenitate potius & clementia, quam in severitate peccet, ut minus potius quam plus torqueat: *Novel. in tract. ad defens. in tit. respons. reor. n. 54. Hippol. de Mars. pract. crim. §. occurrunt n. 6. 7. & 10. idem in §. expedita n. 85. Cravet. Cons. 287. n. 6. & seq.* ut reus tortus salvus remaneat innocentiæ & supplicio. *l. quæstionis medium ff. d. quæst. Peregrin. 2. cons. 2. n. 118.* In quo sæpe cum injuria reorum turpiter hallucinatur vulgus judicum, quomodo tortura & indicia ad eandem sint arbitraria ignorans: Præterea jura loquentia de arbitrio intelliguntur contra accusatorem, nõ
11 contra reum, videlicet (*) judicem posse desistere â tortura propter ejus periculum & fragilitatem, non autem sine sufficientibus indiciis iisq; legitime probatis ad torturam procedere, vel excedere modum, prout intelligitur *l. quæstionis modum ff. d. quæst.* quod singulariter monet *Cason. d. torment. cap. 1. in fin.* Quomodo indicia pro-

probentur exponunt, DD. passim, in eo autem potissimum conveniunt, Sicuti(*) ad condemnandum probationes luce meridiana debent esse clariores *l. ult. C. d. probat.* ita quoq; indicia debent esse verisimilia, certa *l. milites §. Oportet. C. d. quæst.* hoc est, ut singula indicia saltem duorum testimonio sint probata. *Hipp. d.* Mars. *l. unius §. testes d. quæst. Menoch. d. arb. jud. lib. 2. cas. 270. n. 23.* non levia, perfunctoria quæ pluribus quis potest interpretari modis, & pro cuiuslibet inaniter assumpta sapientia, ex proprio cerebro judicantur sufficientia: Imo in suo genere tanquam luce clariora, ita ut nihil deficere videatur quam propria rei confessio. *Bald. cons. 259. n. 4. lib. 1. & cons. 78. n. 1. & cons. 364. n. 1. lib. 3. Alex. cons. 133, n. 12. lib. 7. Ioan. de Ami. cons. 7. n. 55. & cons. 27. n. 40. & seq. Natta cons. 42. n. 1. Menoch. de Arb. jud. lib. 2. cas. 270. n. 23.* Gandin. *in tit. de quæst. & torm. n. 41. Franz.* Person. *d. indic. ac tort. n. 12. Cravet. cons. 6. n. 12.* Nam eadem est ratio de toto, quo ad totū, quæ est de parte quo ad partem, & contra: *Cason. d. indic. & torm. in præmissis cap. 5. n. 2.* Et judices orbis debent judicare secundum prudentiam, quæ cadit in hominem, 12

relin-

relinquendo cætera judicio Dei: *Cason. in tract. ne reus per indic. convin. n. 30. & 31.* Eodem modo arbitrium judicis, quando probata sunt indicia, nec elisa, in quæstione habenda non oportet affectare severitatem sed juri æquitatiq; esse consentaneum: *Ioan. d. Ami. cons. 134. n 2. Mars. in pr. crim. § constante n 30. Menoch d. arb. jud. cas. 270. n. 5.* etiam in crimine læsæ Majestatis *Pedemon. decis. 79. n. 13. Franz. Person.*
13 *dict, loc. n. 14.* Et prudenter (*) judex considerabit qualitatem delicti, personæ & tormentorum: sunt enim nonnulli mortalium adeo timidi, ut statim quando intrant aulam, & ducuntur ad præsentiam judicis, vocem vix exprimere possint, ut videantur quasi stupidi & stulti, cum tamen sint innocentes: *Boss in tit. d. indic. n. 41. Bald. in l. Præsbyteri C. d. Episc. & Cleric. Paris. de Put. in tr. d. Synd. vers. viso. de indictis n. 7. Fran. Person de ind. ac tort. n. 81. Iul. Clar. pr. crim. § fin. quæst. 21. vers. cæterum sola.* Quod & ad reorum defensam bene est notandũ: de quo etiam videri potest *Cason. in tract.*
14 *d. indic. cap. 7. d. trepidatione* ubi de ea (*) & pallore non faciente indicium ad tortu-
15 ram, & similibus: Pro crimine (*) levi cu-
jus

jus pœna non est corporis afflictiva nemo est torturæ subiiciendus, ne modus probandi sit suo fine severior, & plus acerbitatis ac vindictæ contineat quam ipsius pœnæ executio: *Grammat. cons. 15. n. 4. & cons. 37. n. 14. in fin. cum seq. in crim. & vol. 15. n. 11. Cravet. cons. 41. n. 9. & cons. 137. n. 11. Suarez. in commun. opin. verb. quæstio. n. 1. & seq. Hippol. d. Mars. in pract. crim. §. Expedita n. 58. & seq. Iul. Clar. sent. §. fin. quæst. 64. versic. præterea debet.* Inde quoq; (†) tortura 16
non habet locum in furto domestico scilicet quando liberi furantur parentibus, uxores maritis, qui tanquam fures non puniuntur: *Damhoud. in pr. crim. cap. 90. n. 42. 43.* Idem obtinet in familiaribus & domesticis, si bonæ probatæq; vitæ esse constiterit, secus si contra eos mala fama probata fuerit. *Fran. Vivius decis. 467. Doct. Marta in digest. nov. tom. 2. tit. de tortura cap. fin.* ut & (†) in furto minimo: *Gram.* 17
cons. 37. n. 16. Boss. in tit. de indic. & considerat. ant. tort. n. 92. Constitut. Carl. *Art.* 157. quanquam in furto parvo cujus pœna est fustigatio aliter decidat *Petr. Caball. in resolut. crim. 28.* ubi dicit ita semper esse judicatum. Pro ratione (†) qualitatis personæ 18
gra-

gravius vel lenius torquendus est reus Constit. Carol. Art. 58. nach Ermessung eines vernünfftigen Richters / & artic. 59.

19 ac pro temporamento moderatæ rationis *l. de minore 10 § tormenta ff. d. quæst.* Non n. (*) paratio est in sustinendis tormentis hominis debilis ac robusti, ægri ac sani: Exinde ad torturæ repetitionem non nova indicia & primis fortiora solũ, sed & hoc requiritur, ut tortus ejus sit roboris, qui tormenta denuo perferre possit. *Guid. d. Su-*

20 *zar. tract. d. indic. n. 3.* Et in eo. (*) judex semper inclinare debet in partem mitiorẽ *Hippol. d. Mars in pr. crim. § expedita n. 85. latius. Peregrin. 2. cons. 2. n.* 117. *& seqq. Cravet.* Cons. 287. *n. 6. & seq.* Menoch. *d. arb. jud. cas.* 271. *n.* 1. *& seq.* jdeoq; in interlocutoria torturæ adverbio moderaté utendúm est *Franc Marc p. 1 decis. 916.* Id quod laudabiliter observant Facultates juridicæ, quando, quod reus tortura sit afficiendus, judici consulenti dant responsum, plerũq; addentes: Doch Mensch oder Christlicher weise. Qui contrarium faciunt, arbitrio

12 abutuntur, & severiter (*) in criminalibus procedẽtes debent privari sua juris dictione *Hippol. de Mars. d. §. expedita n. 86*

ub

ubi aspere invehitur in tales judices, vocans eos iniquissimos & scelestissimos, qui à fece levati omni scientia, virtute & ratione naturali carent: Facit ibidem etiam mentionem pessimi alicujus judicis Bononiensis, & tragici exempli alicujus juvenis, qui in tortura pendens in fata concesserat *Hering. d. fideiuss. cap.* 10. *n.* 433. ejusmodi judices merito appellat larvatos, stupidos bibulos, ne micam in se eruditionis habentes: Digni sane (*) illi essent, ut ab eo 22
Principe caussis criminalibus præficerentur, de quo fertur, quod judices delictorum primo limine suscepti officii jusserit etiam reluctantes in nervum coniicere, & ultra unius horæ quadrantem in tormentis pendere, ut vim eorum experirentur, nec plane istorum dolorum rudes essent: Quo se redimere existimabat multorum innocentum tormenta & neces. Ex dictis plusquam manifestum est, non minus impiam quam absurdam fuisse (*) excusationem 23
alicuius tyronis & novelli judicis, qui sine indiciis aliquem furti solummodo suspectum duriter torserat, & cum ei idipsum præter alias deductas nullitates exprobra-
 retur,

retur, respondit: Quis omnia ista in quolibet fure potest observare? Non possum quin & hoc adiiciam: Veluti
24 ipsorum (*) judicum humanitatis & religionis intuitu semper interest, quærere defensiones reorum (ad quod etiam ex officio de jure communi tenentur *per l. si non defendantur ff. d. pœn.* ita maxime hoc ipsis necessarium est in arduo puncto torturæ ne homicidas quærendo homicidæ fiant: Quapropter cauti & circumspecti sint ju-
25 dices, etiamsi reus (*) omnibus defensionibus renunciaverit, quod tamen facere nequit, ex ratione, quod nemo membrorum suorum est Dominus. *l. 1. §. usq; adeo. de injur.* ut ipsi, antequam deveniant ad torturam, cognoscant reum carere defensionibus, secundum *Bald. in l. servum quoq; ff. de procurat. Cason. in tract. ne reus per indic. convinc. n. 23. & de torment. cap. 4. in fin.* Deniq; & hoc non est prætereundum, quod asperi judices dum vident indicia ad torturam non sufficere, nec reos sponte confessuros, eos in squalore carceris retinent, ubi famem & frigus, quæ sunt torturæ genus non exiguum, sustinere ac dein-

de

de eorum tædio, fateri coguntur: Sed prudentes & pij judices ab eo sibi cavent: Nam talis (*) confessio non est spontanea, sed ex tortura & ulterioris ejus metu dicitur facta: *Bart. in l. 1. §. Divus ff. d. quaest. Cason. d. torm. cap. 19.* 26

CAUTELA II.

Pro judice ne sit in causa, quo minus delicta propter iniquum, praesertim in puncto torturae procedendi modum paenis condignis puniantur, ac ipse teneatur de Syndicatu: Et pro reo etiam confesso, ubi imperitia judicis vel affectata severitas tale quid admiserit, ne ei confessio etiam ratificata noceat.

SUMMARIA.

1. Imperiti judices saepe Reos sine sufficientibus & non communicatis indiciis torturae subiiciunt, confessioné delicti ex illis extorquent, & eos statim ex illa confessione damnare solent.
2. Cautela pro inquisito eiusq; Advocato.
3. Confessio etiam ratificata quomodo reo non noceat, & ex ea damnari non possit.
4. Confessio extorta & ratificata etiam extantibus legitimis indiciis, si ea non ad elidendum reo communicata fuerunt, nulla est.
5. Judex ex officio inquirere debet in innocentiam rei, & indicia communicare ad defendendum etiam non petenti.

 6. Si

6. Si copiam indiciorum non dederit judex debet puniri.
7. Quicquid ex tortura illegitime adhibita sequ tur, id nullum est.
8. Judex qui non præcedentibus indiciis reum torquet, puniri debet, licet reus repertus sit crimen obiectum commisisse.
9. Si personæ, quæ propter privilegium quæstioni subiici prohib entur, torquentur, earum confessio nulla est.
10. Qui semel justè sunt torti, si non existentibus novis indiciis iterum torqueantur, eorum confessio quoq; nulla est.
11. Quando contra reum est plena probatio, ex qua potest definitive damnari & nihilominus torquetur, ejus confessio est nulla.
12. Quod ampliatur.
13. Reus immoderate tortus absolvi debet.
14. Casus qui ipsi autori in praxi contigit.
15. Turpes hallucinationes quomodo possint evitari.
16. Omnis causa injusta propter quam reus est tortus invalidat confessionem.
17. Rei quæstioni subiecti, si aliter veritas haberi potuit, confessio est nulla: nisi tortura adhibita sit ad sciendum complices delicti.
18 Judex antequam ad torturam procedat, primum debet pronunciare, indicia ad torturam esse legitime probata & non elisa.
19. Judex hanc interlocutoriam omittens tenetur de Syndicatu.
20. Testes pro in formatione curiæ assumpti debent repeti, & iis juramentum deferri reo præsente, alias judicium redditur nullum.
21. Solennitates juris civilis possunt tolli, minime autem ea quæ sunt juris naturæ.
22. Si reus non existentibus indiciis fuerit tortus

tus, licet millies postmodum variaverit, tamen ex eo quod sit varius non potest torqueri.

23. Variatio talis non nocet, nec facit indicium.

RErum & Causarum criminalium judices imperiti (*) sæpenumero Reos suspicionibus quidem gravatos, sine tamen indiciis sufficientibus, iisq; ad defendendum, non communicatis torturæ subiiciunt, ut ex eius cruciatu sæpe contra se confitendo mentiantur vel etiam delictum inquisitum veritatem dicendo fateantur: Si fassi sunt & ratificarunt confessionem, ex generali illo, quod in confessum nullæ aliæ partes sint judicis, quam ut cōdemnet, & quod confessus pro judicato habeatur *l.1.ff.d.confess.* inscitiæ vestigiis magis magisq; insistentes, condemnandos ac puniendos esse putant. Contra tales judices (*) Cautelam tradit *Fichard. caut. 9. Hipp. d. Mars. cons. 46. vol 1. n. 13. & cons. 52. n. 6. & cons. 45. n. 5. vol. 1.* videlicet ut inquisitus eiusve Advocatus, si contingentia facti se offert faciat probari legitimis indiciis non existentibus (quod eo ipso probatum esse puto, quando ex actis contrarium non constat) quæstionem fuisse adhibitam: Sic, etiamsi

3 iamsi (*) confessionem ratificaverit reus, illi tamen non nocebit nec ex eo processu damnari potest: Prætereа tenetur judex de Syndicatu *Iul. Clar. pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 94. n. 12. & 13.* quod erat ei præcavendum: Contingit interdum, ut delictum propter eiusmodi iniquum & invalidum processum relinquatur digna morte impunitum, veluti de se dicit *Hipp. d. Mars. allegatus à Gomezio in commentar. var. resol. tom. 3. d. delict. cap. 13. n. 25.* quod hoc modo liberaverit duos homines à pœna mortis, ex quo consecutus sit maximum com-
4 modum & honorem. Addo (*) ipsam extortam confessionem, nullam esse, nedum ratificationem eiusdem, si indicia non sunt sufficientia, vel etiamsi extant legitima indicia, si non sunt ante torturam ad elidendum & defensionem rei, etiam non petentis, communicata: Id quod ex actis con-
5 stare debet: Iudicis enim (*) est ex officio in innocentiam rei inquirere *l. si non defendantur 19. ff. de poen. Const. Carol. Art. 20. & art. 47. Rescriptum innocen. 3. in c. qualiter 24. §. debet igitur d. accusat. Zang. d. tort. cap. 3. n. 3. 4. 5. & 6.* quæ ad hanc cautelam multum conferunt: Hic non im-

meri

merito improbo opinionem, ut singularem, ita crudelem *Ioseph. Ludovic. Conclus. 38. n. 114.* ubi censet bonum esse facere legem, ne detur copia indiciorum & optimum abrogare *l. absentem ff. d. poen.* in qua saluberrime est dispositum: Satius esse impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare: Nec attendendos esse lubricos ejus prætextus & ratiunculas, ibidem positas, de justo judice & calamitate temporum, quivis judicabit dexter: Videri etiam potest. *Iul. Clar. pr. crim. §. fin. quæst. 49. n. 1. Prosp. Farin. in tit. 5. lib. 1. pr. crim. q. 39. n. 41.* Si copiam (†) indiciorum nou dederit judex, debet 6.
puniri: *Bart. & Alex. in l. 4. §. hoc autem judicium ff. de damno inf.*, maximé si dolose omiserit, prout indubio præsumitur. *Bart. & Alex. d. l. Hippol. d. Mars. in pr. crim. §. nune videndum n. 19.* Ratio, quod dicta confessio sit nulla, est: quia ut post alios eleganter disserit *Cason. d. term. cap. 4. & 5. ab init.*

Quicquid (*) ex tortura illegitimè & inju- 7.
ste adhibita sequitur est nullum: Vnde ju-

8 dex(*)qui non præcedentibus indiciis reum torquet, puniri debet; licet per talem torturam reus repertus sit commisisse crimen obiectum: Quod repetit, & ad id *plures DD. allegat Gomez. dict. loc. arg. l. non dubium C. d. legib. l. fin ff. d. constit. pecun. videatur ad hac Mynsing. 3. obs. 80. Moller. in semestr. lib. 2. cap. 25.* Etiamsi ad banchum juris, vel cum juramento esset ratificatum. *Mars. in l. quæstionis modum ff. d. quæst. & cons. 20. n. 63. Menoch. d. arb. jud. lib. 1. quæst. 84 Hier. Gigas in* Rubr. *quom & per quos probetur Crim. Læs. Maiest. quæst. 1. n. 31. Cavall. com. opin. cont. com. 618. n. 2. Carer. in pract. crim. de confess. n. 1. qui ad hoc plurimos allegavit DD.* Ac porro (quæ cautelæ loco bene sunt notanda) infert. *Gomez. dict. loc.*

9 Si personæ (*) quæ propter privilegium, minorem ætatem, vel senectutem quæstioni subiici prohibentur, torquentur & confitentur, earum confessio, etiam ratifi-

10 cata, est nulla, ut & eorum (*) qui semel juste sunt torti si iterum, non existentibus novis fortioribus & diversi generis indiciis, torquentur: *Cravet. cons. 287. n. 7. Curt. Senior cons. 59. n. 6. Menoch. d. arb. iud. cas. 272. n. 5. & seq. Mars. cons. 14. n. 24.* Prosp. *Farin.*

rin. pr. crim. lib. 1. *tit.* 5. *quæst.* 38. *n.* 76. 77.
Cothman. vol. 3. *respons.* 29. *n.* 220. *&* 221.
Hipp. *d.* Mars. §. *quoniam n.* 42. ubi asserit,
non solum confessionem in tortura repetita factam, sed omnia alia, talem illicitam torturam secuta, esse nulla: Idem statuit,
quando est (*) contra reum vera & legiti- 11
mâ probatio, ex qua possit definitive condemnari, & per judicem nihilominus torquetur (quod etiam est contra *Constit. Carl. art.* 69.) ad effectum, ne possit appellare: Si tunc confitetur & perseverat, confessio est
nulla: Quod & locum sibi vendicat (*) e- 12
tiamsi ex intervallo confessio esset ratificata *Bald. cons.* 77. *n.* 2. *lib.* 3. *Alex. in l. qui aliena* § *Celsus n.* 11. *& seq. ff. d. acquir. hæred. Doctor Marta de jurisdict. p.* 4. *cent:* 2. *cas.* 139 *n.* 19. *&* 20. vel ratificata esset ad banchum juris etiam millies: *Alex. cons.* 1. *lib.* 3. *n* 2. *Mars. cons.* 22. *n* 8. *cons.* 12. *n.* 23 *&* 39. *Gram. cons.* 23. *n.* 21. *& seq. & cons.* 37. *n.* 6. *&* 39. *Roland. cons.* 12. *n.* 90. *& seq. lib.* 3. etiamsi postea indicia supervenerint *Bart. in l. Maritus n.* 2. *ff. d. quæst.* quam communẽ DD. opinionem & ab ea non recedendum esse dicit *Iul. Clar. pr. crim.* § *fin. quæst.* 55. *vers. si vero, & quæst.* 64. *vers. dixi etiam*: ubi

hortatur potestates & judices, ut in eo admodum sint cauti & circumspecti, ne graviter in Syndicatu puniantur, addens hanc conclusionem locum habere non solum in minoribus delictis, sed etiam in majoribus, exceptis & atrocissimis, *Cothm. dict. loc. n. 221.* etiam in crimine læsæ majestatis: vide quoq; *Gram. cons. 21. n. 20. & seq. & dict. cons. 37. Franc. Marc. decis. 904. p. 1. &*
13 *decis. 92. p. 2.* Si reus(*) plus quam par est, & immoderate tortus, etiamsi extant legitima indicia, est confessus, debet absolvi *Boss. d. defens. reor. n. 6.* Propter rationis ante dictæ identitatem, nec testes indebite torti quicquam probant, nec faciunt indicium *Brun. in tr. de indic. & tortur. p. 2. quæst. 4. n. 9. Farinac. lib. 3. titul. 8. de opposit. contra exam. test. quæst. 79. ab init* ubi etiam, quando testis dicatur indebite tortus, per tot. Non possum, quin huc duobus vel tribus verbis referam casum qui mihi in praxi con-
15 tigit: Fuit judici (*) quispiam variis modis furti suspectus ac ab Officiali aliquo denunciatus, sed non extabant contra eum indicia ad torturam sufficientia, quæ autem pro talibus à tyrunculo judice reputabantur, nec insuper ad elidendum & ad

rei

rei defensionem erant communicata: is cruciatu torturæ nihilominus fuit affectus, & furtum inquisitum non solum, sed præterea multa alia confessus est, & ratificavit confessionem aliquoties, nominando generum suum ut complicem & criminis socium: Ostensis autem & deductis nullitatibus processus iniqui, & iniquæ adhibitæ torturæ, reus est plane liberatus, nec quisquam ausus fuit contra eum & nominatum generum tentare quicquam: tanta autem vitia (*) nullitatum & tam 16
turpes hallucinationes facili negotio possent evitari, quamvis ejusmodi judicibus nullum sit studium pervolvendi multa jurium volumina, si modo introspicerent Constitutiones criminales Caroli Quinti in specie *Art. 20. & Art. 47.* Porro quicquid (*) etiam causæ sit, cur reus dicatur 17
tortus injustè, invalidat confessionem & quicquid eam est secutum, ut antea *ex Gomez.* retuli, veluti, ut supra memini, quando (*) judex quæstionem de reo habuit, cum tamen aliter de delicto constiterit: *Carer. in pr. crim. De tortur.* §. *6. n. 29. pag. mihi 183.* nisi ad eum finem,

ut reus ſocios criminis, mandatores & cõplices nominaret *Gram. cons. 1. n. 2. & ſeq. in crim.* quæ tunc moderatior eſſe debet: *Clar. pr. crim. §. fin. quæſt. 64. vers. veritas eſt in fin.* (in crimine tamen notorio aliter præcipit *Conſtit. Carol. art. 16.*) Vel ad acta nõ ſcripſit, veritatem aliter niſi per torturam
18 manifeſtam eſſe non poſſe: Vel non (*) pronunciavit ante torturam indicia eſſe legitima, pleneq; probata, nec eliſa, ideoq; reum eſſe torquendum: pro ut hoc ipſum jura communia *l. edictum & ibi Bart. ff. d. quæſt. Caſtr. in l. 1. n. 7. C. de iureiuran. propt. calum.* Hip. *d. Mars. pr. cr. §. nunc videndum n. 35. & Conſtit. Carol. crim. Art. 184.* expo-
19 ſtulant: ac præterea judex (†) contrariè agens, & hanc interlocutoriam, vel dicta omittens, (quæ ad ſecuritatem judicis debent ex actis conſtare tenetur de Syndicatu, à quo cavere debet tanquam ab igne *Hipp. d. Marſ. in pr. crim. §. nunc videndum n. 22. & ſeqq. & cons. 12. n. 21. & cons. 46. n. 7. vol. 1. Fichard. caut. 44. Iul. Clar. in pr. crim. § fin. quæſt. 64. vers. debet etiam Boer. decis. 163. n. 1. Boſſ. in tit. de indic. & conſid. ant. tort. n. 129. Franz.* Perſon. *d. indic. ac tort. n. 1.* qui & alia huc pertinentia lectu utilia continet

tinet *n.2.3.4.5. & seqq.* Testes pro(†) in- 20
formatione curiæ non citato reo assumpti, ne is fugam arripiat, si non repetiti sunt delatoriis juramento, præsente vel citato reo jam in carcere detento, judicium est nullum, nullamq; faciunt præsumptionē contra eum ad torturam. *Alex. cons. 180. n. 8. lib. 2:* Hipp. *de Mars. cons.* 101 *n.* 3. *Iul.* Cl*ar. pr. crim. §. fin. quæst.* 11. *vers. item quæro Roland cons.* 12. *n.* 35. *& seq. lib. 3. Suarez. in comm. opin. verb. testium:* Quod etiam obtinet in crimine læsæ Majestatis *Mars. in pr. crim.* §. *diligenter n. 175. Pedem. decis. 79. n. 18. & seq.* Et ubi sola facti veritate inspecta cognoscitur: P*aris d.* P*ut. lib. 4. cons. 2. n.* 158.166. Nam etiamsi (*) solennitates juris 21
civilis tolluntur, ea autem, quæ de jure naturali introducta sunt, ut est citatio & defensio, nec auferri possunt nec debent. *Pedem. d. decis. 79. n. 13. & 19. Franz.* P*erson. d. indic. & tort. n. 18.* Si reus (*) non existenti- 22
bus indiciis, vel non legitimè est tortus, licet millies variaverit, non potest torqueri iterum, ex eo quod sit varius: Insuper talis variatio vel mendacium non nocet, nec 23
facit indicium: C*arer. pr. crim. d. indic. indicio quinto n. 2. pag. mihi 107. Mars. cons.* 15.

Thom.

Thom. Gramm. in voto 30. *Purpurat. inter conf. feudal. varior.* qui plures adducit, & contrariis respondet. Quæ ad hanc cautelam albo lapillo notanda.

CAUTELA III.

In crimine veneficii observanda.

SUMMARIA.

1. In crimine veneficii si accusator non probat qualitatem veneni, quod illud nimirum fuerit aptum ad occidendum succumbit.
2. Cautela ad annullandam confessionem accusati in hoc crimine.

CAutus sit Advocatus rei, in homicidio quod dicitur factum per venenum: Si
1 enim (*) Accusatoris Advocatus non curavit probari qualitatem veneni, quod nimirum illud sit aptum & sufficiens ad occidendum, succumbit. *Alex. in cons.* 203. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 2. *& cons.* 166. *Gram. cons.* 30. *n.* 6. *&* 7. *Muscatell. de cognit. & probat. delict. de homicidio simplici n.* 26. *&* 27. Quod ubi est
2 neglectum etiam cautelam (*) exhibet *Muscat.* ibidem ad annullandam confessionem accusati vel inquisiti: Nam si dicta probatio, quæ per medicos & peritos fieri debet, non præcessit, etiamsi esset confessus reus se dedisse venenum, & ex

eo

eo mortem esse secutum, talis confessio tanquam erronea non noceret, cum ipse naturam veneni, & an ex eo necem attulerit, nesciat: *vide alleg. DD. & Petr. Caball. resolut. crim. 180. Boss. tit. d. delict. n. 8.* Et licet *Bossius* ibidem dicat, ipsum casum esse periculosum pro amico, præsertim ubi in continenti, vel paulo post assumptionem potionis datæ decessisset: Tamen, si de Medicorum depositione & fide non apparet, Confessio ad infligendam pœnam ordinariam non erit nocitura: *Farinac. tit. de inquis. quæst. 2. in fin.*

CAUTELA IV.

In confrontatione testis & rei observanda.

SVMMARIA.

1. Confrontatio non est de essentia judicii, nec facile ad eam perveniendum.
2. Testes qui confirmant deposita sua, in præsentia rei & judicis probant contra reum.
3. Quomodo evitari possit subornatio.

QVamvis (†) confrontatio sit odiosa & species suggestionis *Bars. consil. 201.* non necessaria, nec de essentia judicii, *Iul. Clar. pr. crim. §. fin. quæst. 45. num. 14.* 1

Ideoq;

ideoq; ad eam non facile perveniendum: *Zanger. tract. de tortur. cap. 2. n. 49. & 50.* præsertim si aliqua ratio id dissuadeat: forte quia confrontandus est servus cum Domino, Vasallus cum Patrono, filius cum patre, timidus cum potenti, homo vilis vel aliunde infamis, cum viro bonæ famæ eruditionis: *Zang. dict. loc. Tranq. Ambrosin, de Process. inform. lib. 9. cap. 9. n. 5.* vide etiam. *Cothm. vol. 3. Resp. 29. n. 152. & n. 458.* Tamen in usu est, & sæpe expostulat necessitas ut omitti non possit. Et si in præsentia (*) rei coram judice deposita sua confir-
2 mant testes, quæ ille negaverat, dicuntur recepti parte citata, & probant contra reũ: Ne autem fiat subornatio, Cautela (*) pro
3 judice est, dum forte dicit testis se non novisse reum de nomine vel aliter, nisi de visu: Nimirum ut quatuor vel quinque ejusdem cum reo staturæ & ei similes vestibus & facie, quantum fieri potest, exhibeantur & reus inter eos ponatur: Sic tollitur subornationis metus:

Cautela V.

Ne transactio super delicto faciat indicium ad torturam.

SVM-

SUMMARIA.

1. Transactio cum offenso inita an judicium faciat ad torturam.
2. Ad præcavendum ne faciat judicium ad torturam.
3. Huic non usq; quaq; confidit Iason & alias cautelas meliores affert.

PAx sive transactio (†) cum offenso facta indicium exhibet ad inquirendum: Vtrum autem illud sit sufficiens ad torquendum, 1 cum per eam tacita videatur facta delicti confessio, non immerito quæritur: Distinguendi duo sunt casus: Aut inita est transactio super delicto, de quo transigere licet (quæ autem sint talia *vide in leg transigere C. de transact.*) aut inita est super eo, de quo non licet transigere: Illo non facit transactio indicium ad torturam: Quod enim fit jure permittente, nemini obesse debet: Hoc autem casu facit indicium ad torturam, & hanc communem esse opinionem dicit *Blanc. de indic n. 306. Villalob. in comm. opin. lit. T. n. 121. Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 21. vers. 39.* Num autem cautela est in posteriori hoc casu ita transigendi, ne fiat indicium ad torturam? Ex *Tancredo de corneto* allegat hunc modum *Ias. ad l. transigere C. d. trans. n. 20.* scilicet, ut

O reus

2 reus (*) transigens expresse protestetur; quod faciat transactionem cum accusatore, non eo, quia crimen, sit verum, vel crimen confiteatur, sed ut evitet dispendia li-
3 tis: Cui autem cautelæ (*) ipse *Iason. d. l.* non usq; quaq; confidit, propterea aliam meliorem esse dicit *Alb. d.* Rosat. *ad d. l. transigere*, ut nimirū Notarius aliquis simpliciter stipuletur transactionē vel concordiam cum accusatore, nomine omnium quorum interest vel interesse possit, talem concordiam & transactionem fieri, non specificando ipsum reum. Aliam quoq; dat cautelam *Iason. ad d. l.* ut fiat concordia gratis, per pactum gratuitum, quia paciscendo non intelligitur reus confiteri, *l. in fisci. ff. de jur. fisc. l. furti* § *pactus ff. d. his qui not. infam.* Insuper si Notarius vel tertius aliquis in specie pacem faceret nomine ipsius rei, non deberet ei talis pax vel transactio obesse, prout in facti contingentia judicatum est in curia Neapolit. referente *Grammat. vot. 39. circ. fin. quem citat. Clar. d. loc. vide etiam latius Farrin. lib. 1. tit. d. inquis. 1. quaest. n. 18. & seqq.*

CAUTELA VI.

Ad sciendum criminosum si nec per tormenta veritas elici potest.

SUMMARIA.

1. Quomodo veritas à personis sanguine, vel alio amicitiæ nexu junctis, si ea per torturam elici non possit, eruatur.
2. Caroli Magni Exemplum.
3. Reliqui Magistratus & judices, qui superiorem recognoscunt illud imitari non possunt.
4. Terror mortis durior est morte ipsâ.
5. Exemplum ejus notabile notat Bossius.

SI contra (*) patrem & filium simul, vel contra fratres, vel uxorem eiusq; maritum vel similes proximo sanguinis nexu, & propensa voluntate sibi invicem junctos indicia homicidii, vel alterius delicti extant, ac â neutro, etiam per tormenta, veritas erui potest, Cautela est ut simulata sententiâ uterq; ad mortem condemnetur: sic nocens vbi viderit se supplicio affectum iri, & nullam superesse, spem liberationis, rem omnem manifestabit: Ita fecit, ad quandam imitationem exempli Salomonis *1. Reg. cap. 3.* (*) Carolus Magnus, Qui cum aliquando pater & filius homicidii accusarentur, adhibitis etiam gravibus torturæ cruciatibus 1 2

constare non posset, uter de duobus delictum perpetrasset, utrumq; laqueo suspendi jussit: Hoc cognito pater, nullam sibi spem vitæ considerans, rem omnem patefecit, atq; se reum criminis detexit, filiūq; liberavit, quod ex *And. d. Isern. c. 1. § publici latrones. de pace tenend.* refert *Menoch. d. arb jud. cas. 270. n. 15.* Quam cautelam etiā commendat *Par. d. Put d. Syndic. in verb. tortura vers. sequitur modo*, ubi ponit simile exemplum de Rege Ladislao. Hanc quidē
3 (*) imitari posse Principes, vel Civitatem quæ superiorem non recognoscit, ubi urgentissimis indiciis accusati gravantur, nō abnuerim: Reliqui autem judices sive magistratus tutius ab eo abstinent, hi enim tenentur progredi secundum præscriptionem jurium, & non ultra acta & probata:
4 Periculosum quoq; est (*) innocenti terrorem mortis, qui durior est morte ipsa, & ex quo sæpe ipsa mors sequitur, incutere:
5 Quod exemplum (*) illud *Bossii tit. de exam. reor. n. 4.* ostendit, ubi refert in civitate Neapolis Johannem Capistranum finxisse, filio æque ac patri caput amputandum, propterea ambos condemnavit, cum tamen filius esset innocens: Verum abscis-

so capite patris, tantus timor invasit filium, ut ilico decesserit: Capistranus autem deposito officio factus est propterea Franciscanus.

Prædictam cautelam non tantum apud reos consanguineos, sed & quosvis alios usurpandam, videri potest apud *Raimund. Fichard. caut. 41.* Vbi nimirum duo homicidii accusantur, quorum uterq; negat constantissimè, certo tamen constat, solos istos duos interfuisse homicidio, ita ut necesse sit alterum eorum esse noxium: Nam forte homicida stimulis conscientiæ ac morsibus adactus, ubi videt nullam vitæ spem superesse, fatebitur delictum, memor salutis æternæ ne animam simul cum corpore perdat: Atq; sic per spontaneam confessionem liberabitur alter, qui revocata illa simulata sententiâ statim absolvendus, confessus vero executioni mandandus erit. *Jas. in l. si is qui pro empt. in fin. ff. d. usucap. Hippol. d. Mars. in l. de minore ff. de quæst. Boer. decis. 166. n. 6. & seq.* Si tamen lata ista sententia simulata persisteret uterque in negatione, etiam usq; ad locū supplicii, tunc omnino præstat utrumq; dimittere: quia satius est nocentem absolvere,

 quam

quam innocentem condemnare *l. absentem ff. de pœn.* Possunt tamen tales rei in casu homicidii relegari, vel simili leviori pœna affici, ut evitetur scandalum, & delictum non maneat, etiam tali casu existente, prorsus impunitum *l. ita vulneratus §. quod si quis ff. ad leg. Aquil. Fichard. dict. caut. 41.*

Cautela VII.

Pro judice ad torturam procedente.

SUMMARIA.

1. Ista die qua reus est torquendus neq; cibus neq; potus ipsi est dandus.
2. Multi qui sumpto cibo torquentur, cum & nonnunquam proprium sanguinem evomunt.
3. Iudex cavere debet, ne reo porrigatur cibus suspectus, in quo incantationes poni possunt contra tormenta.

1 Ista die (*) qua quis torquendus est, ei cibum neq; potum esse dandum ante torturam, ne corpus ex cibo turbetur in tortura, Consulit judici *Milleus in pract. crim. mihi pag. 127. n. 51. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 64. n. 30.* ubi addit hoc intelligi per decem horas: Et ita servare communem practicam attestatur *Mars. in l. 1. in princ. n. 29. ff. d. quæst.* Multi enim (*) reperiuntur,
2 qui

qui, si post sumptum cibum torquentur, omnia quæ comederunt, interdum & proprium sanguinem evomunt, per quod cerebrum ita turbatur, ut per duas tresve horas non sint in plènitudine intellectus. Ante omnia caveat judex, (*) ne detur vnquã reo cibus suspectus, panis vel placenta: nam in pane vel placenta communiter ponuntur incantationes contra tormenta: Propterea omnem cibum suspectum reiiciat & alium subroget de suo: *Hippol. d. Mars. in pr. crim. §. nunc videndum in fin.* ubi tanquam expertus loquitur, & mirabilia narrat.

3

Cautela VIII.

Ne inquisitus vel accusatus torqueatur.

SVMMARIA.

1. Quando reus potest probare, alium æque insimulatum crimen perpetrare potuisse, ac ipse, evadit torturam.
2. Indicia non concludunt si se veritas aliter potest habere.
3. Exemplum quo id illustratur.
4. Reus se sistens sponte, diluit omnia indicia ad torturam sufficientia.

Diligenter ponderet Reus inquisitus circumstantias cõmissi delicti: ubi enim

 (*)pro-

1 (*)probare poterit alium æque insimulatum crimen perpetrare potuisse, ac ipse, evadet torturam *Cason. de indiciis ex caus. cap. 4. n. 5.* Nam indicia (*) non concludunt

2 si aliter veritas se habere potest: *Idem Nere. per indic. aliq. convin. n. 5. & 6.* ubi refert exemplum alicuius indicii quod à DD. indubitatum plerumq; appellatur, scilicet:

3 quidam occidit (*) quendam, relicto ense fugit: supervenit amicus interfecti, & apprehendit ensem cruentum, sequens homicidam, captus fuit & liberatus, quia aliter veritas se habere potuit quam etiam probavit: *Emeric à Rosbach. in process. crim. tit. 5. cap. 8.* (qui hæc ex Casono, vel sub eius nomine alius, ad novam editionem etiam Francofurti excusam, imo integros Casoni tractatus de indiciis & tormentis ad verbum usq; exscripsit, & plane alienis plumis eam adornavit: Quod inspicienti & conferenti palam fiet *Gomez. tom. 3. resolut. cap. 12. n. 25.* Propterea prudentes Advocati cauta & utili hac interrogatione examinandi testis, qui aliquid vel affirmavit vel negavit, uti solent: nimirum ut ex eo quærant, num possibile sit rem aliter habere? Si respondeat, quod sic, ejus dicto non cre-

creditur, quia non concludit necessario *Cap caut.74.* ubi ponit exempla. Eodem modo se defendere potest reus, si dicatur de causa, forte emolumenti, quod ex morte occisi esset nacturus, vel simili: præterea quod eam valde extenuabit, iniquum esse propter hanc in suspicionem maleficii devocari, probet, sibi nihil magis commodi quam aliis, vel aliis æque ac sibi resultaturum. *Cason ibid. cap.5.* Hac quoq; cautela quis sibi bene conscius uti poterit ut (*) nimirum se sistat sponte: sic tanta erit innocentiæ præsumptio, ut diluat omnia indicia ad torturam suffectura: quod vide probatum in *caut.4. supr. tit. d. capt. & carc.* 4

CAUTELA IX.

Ne quis torqueatur propter fugam.

SUMMARIA.

1. Fuga rei quando faciat indicium ad tortur.
2. Quilibet sciens se esse accusatum licet sit innocens, tamen propter metum carceris quærit fugam,
3. Quando reus dicit, se aufugisse ne ab occisi consanguineis offenderetur, num illa excusatio admittatur.
4. Quomodo fugam capescens, & eius Advocatus sibi tuto prospicere possint.

FUgam Rei indicium facere ad torturã, (*) nisi ea ex justa, & probabili causa ex- 1

cusari poterit, notum est: Ad hoc autem facit, si fugiens asserat se post querelam & inquisitionem formatam aufugisse *vid. Iul. Clar. lib. 5. pract. crim. §. fin quaest. 21. n.*
2 *22. 23.* Quilibet enim (*) rationabiliter sciens, se esse accusatum, imo suspicans informationes esse assumptas, & se inquisitum vel accusatum iri, licet sit innocens, quærit fugam propter metum carceris, in quem quadrat Saxonicum illud: Butten dem Staken is gut dingent: & tunc fuga recte dici non potest animi indicium sive conscientiæ signum. *Fulv. Pacian. cons. 119. n. 52. & seq. Decius. cons. 234. vers. nec obstat fuga col. 1. Mars. in §. diligenter n. 22. vers. quaero modo in pr. crim. Blanc. in l. fin. n. 281. vers. hac conclusio restringitur ff. d. quaest.* Quidam in crimine homicidii hoc cautelæ
3 læ(*) suggerunt reis, ut dicant se aufugisse, ne ab occisi consanguineis offendantur: Sed hanc excusationem cautus judex non admittit: Sic enim nunquam indicium faceret fuga, cum quilibet hoc ipsum nullo negotio prætendere posset: Si autem ante fugam accusato vel inquisito consan-
4 guineos minatos fuisse (*) (id quod astuti delinquentes, antequam fugiant & capti sint,

sint, facile queunt efficere) probatur, tunc recte potest dici ob praecedentes minas aufugisse, ac proinde à tortura liberari: Hoc quoq; cautus rei Advocatus considerabit, an judex suo clientulo minatus sit, & solitus de facto procedere: tunc enim ob saevitiam minantis, & illatum metum, fuga etiam ex carcere, non facit indicium, maxime (quod majoris cautelæ ergo notetur) quando fugiens accessit ad superiorem: Ac propterea ad pœnam non tenetur. *Carer. in pract. crim. de indic. 3. n. 38. pag mihi 104.* omnino vide quæ ad hanc cautelam dicit *Ludov. d. Piguera decis. 17. n. 35.*

Cautela X.

Ad evitandum errorem per sortilegia torquendi.

SUMMARIA.

1 Vitandi sunt judicum quorundam errores, qui per divinationes & sortilegia reos ad torturam trahere solent.

2 Opinio Hippol. d. Marsil. improbatur.

Assumunt sibi quidam judices (*) (quod tamen nostro tempore usurpatum haud memini) per sortilegia & divinationes, sicuti Chaldæi soliti fuerũt, reos ad tor- 1

turam

turam trahere: idq; forte ex consilio *Bal-di*, qui dicit licere maleficium tollere per incantationes dæmonum, dummodo animus non recedat â Deo : Sed quia hæc consuetudo est irrationabilis, & ex errore ortum traxit, præterea contra Dei præceptum & omnia jura, ac in specie contra *Constit. Carol. art. 21.* ideoq; Christiani judices ab hoc modo sese abstineant: Cum inquirens per hæc & similia, quamvis reus reperiatur culpabilis: possit puniri, & actus

2 sit nullus: Nec puto(*) approbandam opinionem *Hipp. de Mars pr crim.* §. *Diligenter n. 181.* statuentis ad inquirendum eiusmodi incantationem sufficere, & ubi magnum ex delicto imminet scandalum: Quod enim in, & per se malum est, id nulla consideratione bonum reddi potest: Et cum Diabolus sit autor mentiendi, & fallendi & calumniator, ex eius incantatione, non nisi mera ludibria & elusiones, quibus apud credulos innocentibus creat pericula, nasci possunt: Nec sunt facienda mala, ut inde eveniant bona: Nec Hippol. in se approbare debet, quod alibi in reis improbat. Veluti in §. *nunc videndum n. 52. vide* quæ scripsi in *cautela 15. h. tit.*

CAV-

CAUTELA XI.

Pro judice in tormentis interrogante, & ne examen committat indoctus.

SUMMARIA.

1. Imperitis examen torturæ non est committendum.
2. Judices longe cautius in criminalibus quam in civilibus procedere debent.
3. Interrogationes fiant, à viris doctis & circumspectis.
4. Ideotæ vix se â suggestionibus abstinent.
5. Quomodo ab iis possit caveri, remissive.

INdoctis scribis (*) & aliis imperitis examen torturæ committi, vidi quam sæpissime: Quæ corruptela inde procul dubio irrepsit: quod eiusmodi examinatorũ officia in causis capitalibus hodie non habeantur (sed non nisi crasso errore) usq; adeo honorabilia. Verum quia (*) in hisce causis raro aut nihil negotii est de bonis fortunæ, sed agitur de famâ & sanguine hominis: judices itaq; humanitatis intuitu & religionis in iis, quam in civilibus procedant longè cautius, & si ipsi (*) interrogationes facere non vacant, committant illud viris doctis & circumspectis, *secundum Constit. Carolin. art. 72.* Cum hæc res sit magni momenti, ne innocentibus ex hallucinatione & implicatione impe-

ārito

ritorum, nec non propria simplicitate, fa-
mæ vitæq; creetur periculum: Ideotæ e-
4 nim (*) Præter alios periculosos errores,
circa interrogationes faciendas vix absti-
nere cavent â suggestionibus, contra *Con-
stit. Carol. Artic. 56.* keinem Gefangenen die
Umbstende der Missethat vorzusagen/son-
dern jhn die gantz von sich selbst sagen lassen.
5 Quomodo autem (*) illæ fiant, & ab iis ca-
veri possit ac debeat docet. *Clar. Pract.
crim. lib. 6 §. fin. quæst. 45. n. 11. & Casonus de
Torment. cap. 15.* Qui omnino legantur.
De ideotis & imperitis judicibus conque-
ritur *Ioan. Bonefac. in tract. d. furt. §. fraudu-
losa n. 19. dicens*: Sunt tamen quidam im-
periti latrunculatores, qui peritiæ laudem
non expectantes, ex propria immanitate &
crudelitate gloriam affectant, & exultant
quando sophisticis argumentis, vel aliis
decipulis possunt reos circumvenire, cre-
dentes eorum officium in castigandis reis
ac subditis exterminandis, non in corri-
gendis, & innocentibus absolvendis con-
sistere, crudelissimo Nerone ipso crude-
liores.

Cautela XII.

Pro Actuario ne scribat sponte Reum confessum, propter periculum falsitatis.

SUMMARIA.

1. Errores Actuariorum quorundam notantur.
2. Confessio terrore, minis vel promissione impunitatis elicita reo non praeiudicat.
3. Notarius quid attendere debeat, ut evitet periculum falsitatis.
4. An reus sponte vel ex metu confessus sit, non creditur assertione Notarij.
5. Nemo praesumitur sponte crimen capitale confiteri.

SOlent etiam in eo, quod magni est praejudicii, errare Actuarii vel Notarii scilicet, (*) quando extra actum torquendi Rei confitentur, scribunt sponte confessos esse, non observantes, an etiam aliquo terrore aut minis adacti vel promissione impunitatis inducti sint: Si enim (*) horum quicquam intervenerit, confessio aeque minus praejudicat atq; ea, quae facta est in tormentis. *Cason. d. Torm. cap. XVIII. n. 3. & 4.* Nam utrum sponte an vero ex metu confessus sit, in animo delinquentis remanet, neq; Notarius id semper coniicere potest nec debet, sed tantum scribere, (*) Reus est confessus cũ adiectione loci, temporis, verborũ quib. cõfessio & interrogatio facta est, & si praeterea quaedã appareant, aliarumq;

circumstantiarum : Tunc discreti judicis est ex eiusmodi circumstantiis cognoscere,
4 re,an Reus sit sponte (*)vel ex metu confessus: Et assertioni Notarii non creditur: Id quod pro cautela notetur,ad evitandum
5 periculum falsitatis: Nemo enim (*) præsumitur ita demens & fatuus ut confiteatur crimen sponte propter quod imponitur pœna mortis, aut membri mutilationis,& præsumptio est pro reo in tali casu,ut contrarium dicere sit quædam falsitatis imago *Hippol d. Mars. in pr. crim.* §. *expeditam n.24.* imò talis scriptura sit falsa, vide tamẽ quomodo hoc ex *Baldo* &aliis declaret *Brunus de indic. & tort. p.2. quæst. 6. n.24. & seqq.*

CAUTELA XIII.

Ne lictores & carnifices reis, cum tortura applicantur quicquam suggerant, innocentibusq; creent periculum.

SUMMARIA.

1. Fraudes carnificum torquentium.
2. Inquisitores caveant ne carnifex cum solo reo loquatur.
3. Protocollum diligenter asservari oportet, ne quisquam ex eo quicquam resciscat.

1. NOn nemo (*)quorundam lictorum & carnificum nebulonum, sibi dedecus esse,

esse, si non tormentis confessionem eruere possint, delirantium, diabolicam versutiam nuper detexit: Qui interea temporis dum stupidum, simpliciorem & semianimem reum, jussu inquisitorum, ligant & torturæ applicant, ad hoc vel illo modo confitendum, & hos vel illos complices edicendos, instruere solent; suadentes ne cum suo periculo & dolore cruciatus tergiversetur, eosq; nominare differat, de quibus præterea satis constet & nihilominus non esse evasuros, qui etiam de ipso delictum fassi sint, & ut consilii hoc capiat, sese mitius torturos: Commissarii ad inquirendum, iisq; adiunctus Notarius interim confabulantur, vel rem susq; deq; habent, non advertentes ejusmodi lictorum nequitiã: Postea quando miser ille incipit in torturam elevari, tormentorum dolori cedit, & habet quod de sese & de aliis sæpe innocentibus cum suggestis circumstantiis effetur: Quæ cum ad protocollum apprime notantur, socordes & decepti inquisitores ambabus manibus se veritatem comprehensam tenere putant: Et ita in inquisitione & examinatione veneficarum quæ propter sexus fragilitatem tormentis superan-

tur facilius, aliquando contigisse quidam asserunt. Attamen cum per hasce plusquã diabolicas lictorum technas, graviterq; puniendas, non solum innocentibus, verum etiam judicum & inquisitorum æternæ saluti præsentissimum creetur periculum, huc adscribere cautelam libuit: ut nimirum inquisitores, quando necessitate, sufficientibus legitimeq; probatis indiciis ita expostulantibus, ad quæstionem pro-
2 cedunt, vel etiam (*) ante quandocunq;, nunquam permittant lictores seu carnifices cum reis solos esse & colloqui, vel quid dicatur benè attendant, ac propterea rejectis confabulationibus semper ligationi & toti actui astent, confessionem illis remotis ad protocollum fideliter excipiant ac
3 illud ipsum (*)ita conservent, ut præcipit *Const. Carol. art.* 189. ne etiam commentariensis sive custos carceris vel quisquam alius quicquam de facta confessione rescifcat: sic tolletur omnis suggestionis metus, à qua etiam ipsi judices & commissarii ad inquirendum ut sanctas semper abstineant manus, humanum juxta ac religiosum est.

CAV

Cautela XIV.

Ne probationi per aquam frigidam credatur, & si quæpiam ex ea, sine aliis sufficientibus indiciis, adhibitis tormentis, confessa est, ut talis confessio annulletur.

SUMMARIA.

1. Quod in Germania veneficæ per aquam frigidam probentur, pessimus est mos & mera elusio Diaboli.
2. Sæpissime etiam fallit.
3. Neq; indicium facit ad torturam.
4. Confessio ex ejusmodi tortura injusta, nulla est.

Mos quædam(*) Germaniæ loca invasit hic pessimus, ut probent veneficas sive magas per aquam frigidam, hoc modo: Carnifex eas manibus pedibusq; in crucem ligatas in proximum fluvium vel stagnum proiicit, si merguntur, opinione plebis & imperitorum judicum sunt innocentes, si natant, veneficæ sunt: Esse autem hunc modum probandi & similes prohibitas tentationes Dei Omnipotentis, & meras vafri diaboli elusiones â quibus sibi vel maxime cavere oportebat omnes Christianos magistratus, passim alii inculcarunt, nec mei est instituti id operose repetere, & huc conscribere: 1

Vnum hoc exempli loco, quod ipſe anno proxime præterlapſo, hiſce meis oculis conſpexi, lubens adiicio: Cum aliquot ſuſpectæ in aquam eiicerentur, & omnes ſu-
2 pra eam fluitabant, aliquis ſpectatorum (*) ab ejuſmodi crimine habitus immunis, pretio accepto â nonnullis perſonis Illuſtribus, quæ etiam huic ſcenæ intererant, eodem ligatus modo, in eandem aquam, proiiciebatur: Natabat perinde hic, ac illæ, ut etiam juvante carnifice non poſſet ſubmergi: Poſtea extractus & dimiſſus eſt, & omnes aſtantes fallibilitatem iſtius indicii admirati ſunt. Quid itaq;, ſi judices imperiti & ſuperſtitioſi nihilominus huic probationi confidant non quidem ad definitive condemnandum, ſed ſaltem ad quæ-
3 ſtionem habendam: vel ut quidam, (†) qui humaniores & ſubtiliores audire cupiunt, ut hoc cum aliis indiciis non ſufficientibus conjungatur, ad effectum torquendi, & eò facilius confeſſionem eruendi? Vtrumq; eſt improbum: Cum enim torturæ fundamentum ſupra eluſione diaboli, vel totum vel ex parte ponatur, exinde nil niſi dibolicæ deceptiones, cum irreparabili innocentum injuria, naſci poſſunt: Ac por-

ro(*)talis tortura propter defectum legitimorum & sufficientium indiciorum injusta,& si quæ secuta confessio, etiam ratificata,nulla est:per ea quæ tradidi,& huc repeti possunt ex cautela secunda,hoc tit: Et hæc ad invalidandam ejusmodi confessionem sunt notanda. 4

CAUTELA XV.

Contra incantationes, quibus delinquentes adversus tormenta utuntur.

SUMMARIA.

1. Reorum quorundam tanta est durities,ut veritas ab illis tormentis exprimi nō possit.
2. Incantationibus asscribunt illud quidam, ex quibus Hippol.d.Mars.
3. Quando reus tormenta non timet cautela pro judice.
4. Solent rei aliqua verba dicere dum ligantur, quibus dictis dormiunt in tortura & nihil sentiunt.
5. Periculum traditæ cautelæ facere quis potest, sine tamen nimis severo impetu & injuria sexus.
6. Quid in facto contigerit Hipp.d.Mars.
7. Aliquid in eo improbatur.
8. Confessio quæ diabolicis artibus elicitur, nulla est,& omnia quæ inde sequuntur.
9. Qui sortilegos seu incantatores consulit capitaliter est puniendus: Et quomodo de jure divino & canonico remissive.
10. Similis culpa est prohibita discere &docere.

SVnt quidam (*) tanta duritiē, ut tor- 1

menta prorſus contemnant, ac propterea ab iis veritas exprimi non poſſit *l.1.§.23.ff. d.quæſt.* Quod ingenii obſtinacia & corporis robur proculdubio, nec non interdum atrocioris ſupplicii metus præſtant: Meminit. *Paris. de Put. d. Syndic.* §.*torturæ gravior*: Socios criminum, in Sylvis ubi conveniunt, mutuis ſeſe tormentis exercere, ut â magiſtratu deprehenſi & cruciatibus aſſueti, vim tormentorum contemne-
2 re poſsint. Sunt autem (*) qui per incantationes contra tormenta indureſcere ſæpe torquendos certo ſtatuant, & exempla hujus rei tanquam experti referant inter quos *Hippol. d. Marſ.* qui contra ejuſmodi incantationes cautelam tradit *in pract. crim.* §. *nunc videndum n. ult. usq. ad fin.*
3 Nimirum: (*) ſi videt judex reum tormenta non timere, mutet ea, & adhibeat aliud tormenti genus, mutet carcerē, exuat ei omnes veſtes, etiam camiſiam ut loquitur *Hipp.* ne quicquam ſinat de ſuo ex priori carcere exportare: Quia plurimum habent incantationes ſuas, in veſtibus vel in camiſia: Item caveat judex ſuper omnia, ne aliquis det torquendo comedere: Imo

veli

velit videre omnia; quæ sibi portantur ad comedendum:. Et si aliqua ex illis sunt suspecta, illa proiiciat & subroget de suo. Et non permittat modo aliquo, quod detur panis vel placenta aliqua: Nam in panibus & placentis communiter ponuntur incantationes contra tormenta: Item sit judex astutus & sagax, ne permittat reum, in quantum fieri potest, tacite & submissa voce loqui, maxime dum ligatur ad torturam, sed rumpat verba continuè interrogando: solent (*) enim rei, dum ligan- 4
tur, dicere aliqua verba á se submissa voce, quæ sunt in passione Domini nostri Jesu Christi; quibus dictis dormiunt in tortura & nihil sentiunt. Verba ista ut & Exempla *dict. loc.* refert *Hippol. de Mars.* ut expertus: Refert etiam quædam *VVierus de præstig. dæm. lib. 5. cap. 11. ex Paulo Gril. de quæst. & tort. quæst. 4. n. 13. & seqq.* mirabilia lectu; Quibus omnibus ego nec fidem tribuerim, nec detraxerim, eam animadversoribus & experientiæ relinquens: Cui tale quid (*) occurrit, periculum tra- 5
ditæ cautelæ, sine tamen affectu crudeli, impetu nimis severo, & injuria sexus, facere poterit:

Mei nõ est propositi hic omnia ad amussim
6 exigere: Hoc tamẽ miror, ꝙ *Hippol.* (*) *dict. loc. in fin.* de se apertè scribat his verbis: Dũ essem Capitaneus vallis Lugani, cum magno labore habui â quodam ribaldo incarcerato pro falsa moneta quædam verba, quæ si dicantur in aurem rei, quando ligatus est ad torturam, vel positus ad aliud tormentum, rumpunt omnes incantationes: adeo quod dictis talibus verbis sentit ipse reus tormenta, & in iis cruciatur, sicut si nihil dixisset vel comedisset, ex quibus verbis pluries consecutus fui honorem contra plures reos diversorum delictorum, in pluribus & diversis locis Italiæ, in quibus fui Assessor & Officialis. Quæ autem ista sint verba, non exprimit *Hippol:* Erunt forte, quæ leguntur apud *Griland. d. l. referentem ipsum Hippol. & apud VVier. allegat. loc*: Meo judicio (*)
7 *Hipp. de Mars.* in hoc postremo, & forte similibus, propter quæ audit egregius tortor, operam dedit rei illicitæ, imo impiæ, qua diabolicas artes, artibus diabolicis, quas â monetæ falsario, infamibus carnificibus, & proculdubio aliis bipedum didicerat nequissimis, dilusit: Id quod Christianum

num judicem, & tam in criminalibus excellentem practicum non decet: Existimarim, si ita(*)confessio eliciatur, tali non 8
esse credendum, imo eam esse nullam & omnia quæ inde sequuntur: Si enim confessio, ad quam reus vel minis adactus, vel humana calliditate, sugestionibus & pollicitationibus inductus, est nulla, ut revera est, quod demonstravi infra *caut*.18. Multo magis ea invalida & prorsus nulla erit, quæ versutiâ dæmonis, mille modis ejusmodi curiosos percunctatores fallendi artificis, mendacis & calumniatoris ab initio mundi maximeque delectantis in profusione sanguinis innocentis, est elicita & extracta: Quid huic veteratori facilius? Quid iucundius quam animos credulos, superstitiosos & novarum rerum cupidos ad quasvis nugas inducere, præsertim quibus innocentes in vitæ discrimen adiguntur? Sed hæc prolixius perstringere excedit limites instituti; tractantur ab aliis. Vide etiam quæ dixi *in caut*. 10. *& caut*.14. *praced. hoc tit*. Et proculdubio examinator, qui sortilegos(*)
seu incantatores consulit, capitaliter est 9
puniendus *l. item apud Labeonem* §. *si quis Astrologus ff. d. injur. l. nemo C. d. malef. &*

mathem. Damhoud. in pr. crim. cap. 136. de in-iur. verbor. in fin. Paul. Ghirlandus de sorti-
10 *leg. quaest. 11. n. 5.* Cum culpa (*) similis sit, tam prohibita discere, quam docere *l. culpa 8. C. de malef. & mathem.* Quæ sit pœna sortilegii & incantationum jure divino, vide *Deuter. 13. & 18. Exod. 22.* jure Canonico quæ, *vide caus. 26. quaest. 7. cap. 15. admoneant, & caus. 26. quaest. 5. per tot. Grillandus d. sortileg. quaest. 11. n. 14. & 15.*

Cautela XVI.

Contra communem judicum errorem, arbitrio indiciorum & tortura in criminibus occultis vel exceptis pessimè abutentium.

SUMMARIA.

1. In delictis enormibus, judex ad torturam promptior esse potest, quam in aliis criminibus.
2. Pleriq; hoc in perversum trahunt sensum.
3. Communi huic errori nonnulli magni nominis Iurisconsulti adstipulantur.
4. Quis sit verus sensus hujus axiomatis explicatur & n. 6.
5. Nemo debet torqueri si veritas aliter haberi potest.
7. Iudex propter fragilitatem torturæ diligenter etiam cum aliqua mora alias probationes investigare debet.
8. Privilegia Nobilitatis aut alterius digni ta-ti

tis, quæ reum à tortura eximunt, judicem in processu in delictis enormibus non debent remorari.

9. Indicia contra personas indignitate constitutas debent urgentiora esse.

10. Propter criminis atrocitatem jura licet transgredi, quomodo intelligatur.

11. Locum habet non in procedendo, sed in puniendo.

12. Iis Magistratibus qui superiorem recognoscunt non competit ut in puniendo jura transgrediantur.

13. Quæstio est fragilis & periculosa, quæ veritatem fallit, tam in crimine excepto quam vulgari.

14. Causæ, cur indicia ad torturam in suo genere luce clariora esse debeant.

15. Obtinet æque, imo magis in criminibus enormibus & exceptis, quam in vulgaribus.

16. Obiectio quædam refellitur.

17. Satius est impunitum relinquere facinus nocentis, quam innocentem damnare.

18. Non ex coniecturis & leviculis indiciis nec in occultis & exceptis delictis ad torturam est convolandum.

19. Iudices debent judicare secundum prudentiam humanam, cætera relinquendo judicio Dei.

VVlgatum & ferme in ore omnium est, in criminibus, (*) quæ occulte perpetrantur, vel exceptis (quæ etiam dicuntur enormia, dictu nefanda *l. decuriones C. d. quæst.* Qualia sunt: Venenatio, falsum, adulterium, parricidium, conjuratio, læsa Majestas, & alia

quæ enumerat *Zang.d.tortur.reor.n.66.*
cap.1.) judex ad torturam promptior esse debet, quam in aliis delictis: Item propter criminis atrocitatem jura licet transgredi:
2 Quod pleriq; (*) in hunc perversum trahunt sensum, ac si ad coniecturas & leves suspiciones liceret sine legitimis indiciis eorumq; probatione, in corpus accusati, vel inquisiti irruere, idq; tormentis pro arbitrio, vel potius pro lubitu & libidine lacerare: Et si quid in procedendo intermiserunt vel sunt transgressi, quod observare jura, justitiæ ductus, & naturalis dictitat ratio, ac propterea reprehenduntur: Ad id, quod in occultis & exceptis judicem deceat ad torturam promptiorem esse, & quod in delictis atrocibus jura transgredi liceat, confugiunt, eoq; solo, sine ratione, tanquam Clypeo abutuntur: Qui pericu-
3 losissimus, error (*) ita invaluit & tantas sibi acquisivit vires, ut eum non vulgus judicum solum erret, sed & quidam (quod bona cum pace eorundem dictum velim) magni nominis Iurisconsulti: Ex quibus est *Menoch.d.arb.jud.lib.1.quæst.84.n.8.*
Boss.d.indic.& considerat.ant.tort.n.200.
Mascard.concl.1385.n.13. Thom. Grammat.

vot.3.

vol.3. quos lector videre potest. Verum à tam noxio & Reipub. damnoso errore admodum sibi caveant omnes judices, Deum & justitiam culturi, & considerent dicta axiomata(*) in suo sano sensu, qui non contrarius est æquitati & rationi naturali: Nā quando dicitur, quod in delictis occultis & exceptis judex possit vel debeat esse promptior & celerior ad torturam, non hunc habet intellectum, ut minoribus habitis indiciis non sufficientibus, vel non satis probatis, ad quæstionem convolare liceat: Sed, quia aliæ tam claræ probationes & ad condemnationem sufficientes, in his delictis non tam facile reperiuntur, ut in aliis vulgaribus: Propterea judex ad torturam, quæ in subsidium quando aliter veritas constare non potest, adhibetur, promptior & animosior (præsuppositis tamen legitimis indiciis iisq; legitime probatis) procedit: Vt res fiat manifestior, paucis declaro: Hæc regula est generalis, quod nemo ad confitendum delictum possit ac debeat torqueri, si veritas aliter probari & manifesta esse possit. *Iul. Clar. in pr. crim. §. fin. quæst. 64. vers. debet etiam 5. Ang. in l. fin. C. d. quæst. Boer. decis. 163. n. 1. ipse Bossius in tit.* 4 5

de

de indic. & conf. ant. tort. n. 129. Carer. in pract. crim. de tort. §. 6. n. 29. pag. mihi 183. *Franz. Person. d. indic. & tort. n.* 1. Si judex secus fecerit, tenetur de Syndicatu, quod invenies apud allegatos DD. Huc etiam repete quæ hac de re dixi *in caut. 2. hoc tit.*

6 Porro pono duos (*) propter diversa crimina esse in carcerem coniectos, Titium videlicet & Seium: contra utrumq; sufficientia ad torturam extant indicia: Verum Titii delictum est de genere occultorum, quorum plena probatio est difficilis: Seii crimen est vulgare, cujus probatio plena videtur facile inveniri posse: Iam quæritur an cum utroq; æquè promptè ad torturam procedendum? Dico, quod non: Vtrumq; quidem quæstioni subiici posse nullum est dubium hoc tamen servato discrimine, ut cum Titio citius ad eam, ac animosius, sine metu pœnæ Syndicatus, procedatur, quam cum Seio: Nam hujus delicti plena probatio forte aliunde (quam
7 propter (*) periculum & fragilitatem torturæ judex diligenter & cum aliqua mora & cunctatione, sine adhibitis tormentis potius investigare debet, quam ad Equuleum

leum ilico confugere, si velit vitare pœnam Syndicatus) haberi potest, quam per confessionem ab ipso reo extortam: Illius autem, à Titio scilicet, commissi criminis plena probatio forte non expectanda, quã per ejus propriam, confessionem: Et hoc ipsum est quod dicitur: Iudex in delictis occultis & exce[illegible]is promptior debet esse ad torturam, quam in aliis: In qua acceptione convenit. *Iul. Clar. dict. quæst.* 64. *vers.* 5. *&* 6. Habet & illud hanc rationem: Quia privilegia (*) Militiæ tam togatæ quam armatæ, Nobilitatis aut alterius dignitatis, quæ reum à tortura eximunt secundum *l. milites & l. Decuriones C. d. quæst.* non debent judicem, si forte opponantur, in processu remorari, cum ea in enormibus & dictu nefandis nihil prosint reis: *dd ll. & l. 4. C. ad l. Iul. Maiest. l. 7. ff. d. re militari, & ibid. gl. & DD. Hipp. d. Mars. in* §. *Expedita n.* 45. *Chirlan. de sortileg. quæst.* 11. *n.* 13. (modo indicia (*) contra personas in dignitate constitutas, sint urgentiora & graviora aliis, quæ quo ad alias personas legitima & sufficientia esse censentur *Prosp. Farinac. quæst.* 41. *n.* 47. *&* 77. *Zanger. d.* 8 9

Tort.

Tort.reor,cap.1 n.81.) In tantum, ut ante præsuppositis, in ejusmodi criminibus sine dilatione debeant torqueri die feriato etiã ad honorem Dei *l.provinciarum C. de fe-*
10 *riis.* Alterum quod(*) propter criminis atrocitatem jura liceat transgredi, falsum esse, nisi consulto Principe, & si ipse concedit, ei non obediendum scribit *Farinus. quæst.37.lib.1.n.84.& 90.* cui non refragatur *Carer.in pr.crim.d.tortur.§.4.n.8.pag. mihi 171.* Ac si dextrè intelligatur, & non contra dispositionem & mentem jurium, ac ipsam rationem naturalem accipiatur, facili negotio errorum Casses evitabun-
11 tur: Obtinet autem istud axioma, (*) non in procedendo, ut (exempli causa) sine sufficientibus indiciis, aut iis non sufficienter probatis, aut ad elidendum & defendendum non communicatis, ad quæstionem reum abripere sit permissum: quod esset vel maxime iniquum, juribus & naturali æquitati dissentaneum, *Carer.dict.loc.n.7. 8.9.& 10.* Sed in puniendo, quando scilicet judex verè versatur in enormi delicto, non in putatione enormis delicti, & de eo nunc constat plenèq; probatum est, velut in specie hoc asserit in crimine læsæ Maje-

stati

ſtatis & aſſaſſinii *Carer. dict. loc. vide etiam ibidem allegatos DD. Franciſc. Perſonal. in tract. de poſſeſſore, indic. & tort. quaeſt. 4. n. 57. vide tex. & ibi gl. Cyn. Bald. & Salycet. in l. ſi quis alicui C. ad l. Iul. Maieſt. Alberic. in rubr. ff. eod. Petr. Ant. Anguſolam in conſiliis mat. crim. caſu 24. n. 2. Afflict. in tit. quae ſint regal. in verb. & bona committentium n. 44. Gram. vot. 34 ad finem, Capic. deciſ. 126. n. 4. Foller. in pract. crim. in verb. & quod ſuffocavit uxorem n. 58.* aſſerens nullo jure reperiri, quod in enormi crimine procedatur ad torturam, non ſubſiſtentibus legitimis indiciis, quod repetit in crimine læſæ Majeſt. *n. 103. Peregrin. vol. 2. conſ. 2. n. 94. & ſeqq. vide omnino Hipp. de Marſ. in pr. crim. §. diligenter n. 169. 170. 175. 176.* qui dicit hanc conſiderationem ſibi feciſſe magnum honorem. Imo non omnibus(*) magiſtrati- 12
bus, ſed iis ſolum qui ſuperiorem non recognoſcunt, hoc ipſum competit, ut in puniendo jura transgredi poſſint: Cum tenentur ſequi præſcripta legum *Bald. in auth. hodie C. d. jud. Hipp. d. Marſ. dict. loc. n. 176. Carer. in pr. crim. de tortur. §. 4. pag. mihi* 171. *n. 9.* Et non, niſi quando evidens ſubeſt publicæ utilitatis ratio. Ad præcedentia plurimum

rimum confert. *l* 1.§. 4. & §.23.*ff.d.quæst.* ubi dicitur argumentis causam examinan-
13 dam (id est legitimis indiciis) Item (*) quæstio est fragilis & periculosa quæ veritatem fallit: Nec ibi distinguit lex inter crimen exceptum & vulgare: Itaq; nec nos distin-
14 guere debemus. Insuper quid (*) causæ est, ut indicia in genere suo debeant esse luce clariora, ut nihil deesse videatur, quam propria rei confessio: Veluti hoc stabilitum, & jurium authoritate suffultum reperiet lector in cautela prima hoc tit.? Nil nisi torturæ gravitas, periculum ejusq; fallacitas, qua mediante posset innocens perire: Iam nemo mortalium, nisi velit contra rectam rationem insurgere, ibit inficias, hoc periculum, gravitatem eandem & fallacitatem non mutari aut cessare propterea: quia ctimen est occultum, exce-
15 ptum & enorme: Igitur (*) æquè urgentia & fortia indicia requiruntur in criminibus exceptis, atq; in vulgaribus: Imo quia facilius fallitur judex in criminibus occultis & in eorum levibus conjecturis ac suspicionibus, quibus plerũq; malignitas initium credulitas incrementum præbere solet (qnod prolixius non deducam, sed cuilibet viro humano ac religioso cog-

tandum relinquam ne præter mentem excrescat hic meus tractatus) & gravius subest periculum in criminibus enormibus; ne innocens pereat solum, sed ne diro & atrociori supplicio afficiatur: Itaq; in hisce delictis graviora & urgentiora deberent esse indicia, quam in criminibus vulgaribus: *arg. c. ubi periculum, de election. in 6. Semestr. Moller. lib. 3. cap. 17.* Dixerit (*) quis- 16
piam: Sic de occultis multa manebunt impunita? Hoc nihil facit ad rem: Satius enim (*) est, impunitum relinquere faci- 17
nus nocentis, quam innocentem damnare, quod mediante cruciatu torturæ non raro fieri constat *ex l. 1. §. 23. ff. d. quæst.* & ex iis quæ dixi supra *caut. 1. hoc tit.* Nec impunita sane relinquentur â Deo judice scientissimo, juxta ac justissimo. Præterea, quis non existimaverit de occultis, etiam acerrimis inquisitoribus, vel nec minimam partem manifestari, ac temporaliter ab iis puniri: Non tamen propter hanc causam (*) ex coniecturis & leviculis indiciis ad 18
torturam convolandum, quam tunc nec quivis innocentissimus evitare posset. Sed observandum consilium Casoni, qui in tr. de reus per indic. conv. monet: Iudices

 hujus

9 hujus (*) mundi debent judicare, secundum prudentiam, quæ cadit in hominem relinquendo cætera judicio Dei.

CAUTELA XVII.

Ne quis possit torqueri, etiamsi extent indicia.

SVMMARIA.

1. Si contra reum extant sufficientia indicia ad torturam quomodo illam possit evitare.
2. Quod cessat, ubi claræ & liquidæ probationes adsunt.

SI quisquenquam vulneravit vel inter-
1 fecit, (*) & multa contra eum homicidii extent, & talia indicia, ut torturæ subiici possit: Is summo studio conetur, ut ab ipso vulnerato, antequam vita decedat, exculpetur, & hujus exculpationis habeat testes: Sic postea præsumptæ eius innocentiæ nõ prævalebunt indicia, ac proinde non poterit torqueri: quod singulariter notat *Bald. in l.1. ultim. colum. C. Com. de legat. Iohannes de Arnono in tract. caut. caut. 3. Hipp. d. Mars. pr. cr. §. Diligenter n. 200.* Hoc tamẽ (*) nihil
2 efficit, ubi claræ & liquidæ probationes adsunt: & non obstante tali exculpatione reus potest condemnari ad mortem *Bald. in l. transigere C. d. transact. Carer. in pr. crim. de homicid pag. 435. n. 3.*

CAV

CAUTELA XVIII.

Ne aliquis possit torqueri etiam extantibus indiciis.

SVMMARIA.

1. Probatio bonæ famæ, relevat â tortura.
2. In personis malæ famæ, quæ triennium resipuerunt, idem obtinet.
3. Rigorosi judices, si in hoc casu contra communem sentiant, se periculo Syndicatus exponunt.
4. Probatio bonæ famæ ad evitandam torturam quando non habeat locum.
5. Malæ fama sola non sufficit ad torturam.
6. Si duo vel plura admodum gravia indicia extant, sola bonæ famæ probatione non possunt elidi.
7. Rationibus & Exemplis id illustratur.
8. Bene famatus, si hoc vel illud ad sui defensionem se fecisse dicit, & pro veritatis certitudine offert se ad juramentum, illud judex debet acceptare.

QVod si contra aliquem militent indicia, ut non injustè quæstionibus subiici possit, probet (*) bonam vitam & famã: 1
sic evitabit torturam. Hanc cautelam tradit *Iohan. d. Arnon. caut. 59.* dicens quod teneat ita singulariter *Bart. in l. 1. § pen. ff. de re militari*; quem sequitur *Bald. in l. fin. C. de probat. in fin. col. & l. 1. C. locat. Angel. in l. milites C. de quæst. Ias. in l. 1. in fin. C. com. de leg.* Quam tamen cautelam iis, qui propter

mores dissolutos cuivis sunt satis cogniti, parum vel plane nihil prodesse arbitror:
2 nisi forte (*) ante triennium proximum resipuerint, & tanto temporis spacio bonæ se fuisse vitæ, vocis & conversationis probaverint: tunc enim mala fama propter delictum aliquod exorta, nihil nocebit, sed censebitur in totum purgata. *Salyc. in l. si minorem post n. 2. C. de integ. restit. Ias. in l. si prius ff. d. nov. oper. nunc. Carer pr. crim. indicio 14. n. 2. pag. mihi 121. Iul. Clar. pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 21. n. 1.* ubi dicit hoc esse notandum, quia possit alicui facere magnum honorem. Nec proderit hæc cautela
3 coram (*) judicibus rigorosis, qui ut *Mantua. in praxi judiciaria casu 37.* ait, volunt plus sapere quam oporteat: Attamen ego putarim tales rigorosos judices, si in tali casu, contra communem sentiant, & quicquam tentent, sese periculo Syndicatus exponere. *Iulius Clarus pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst 60. n. 23.* dicit, hanc probationē
4 (*) bonæ famæ ad evitandam torturam tunc procedere, quando contra reum nihil aliud esset probatum quam sola fama mala secus a. si ultra famam esset aliquod aliud indicium: nam eo casu, non obstante

tali

tali probatione, reus utiq; torqueri poteſt: Id quod regulariter ſubſiſtere non poteſt: Nullius n. effectus eſſet probatio bonæ famæ: cum etiam alias nunquam (*) ſola fa- 5
ma mala ſufficiat ad torturam, ut eſt opinio communis. Si autem (*) duo vel plura ex- 6
tant ad modum urgentia & indicia gravia, nemo extra dubium inficias ibit, quod ea ſola bonæ famæ probatione non elidantur quæ etiam mens eſt ab *Arnono* allegatorũ *Bartoli. Bald. & alior DD.* ut inſpicienti palam fiet: Nam alias (*) nunquam de ſe bo- 7
nam probans famam, cui tamen non raro causã dat ſimulatio honeſtæ vitæ, & ex moribus externis natus error hominũ, torqueri poteſt: ac proinde delicta interdũ multũ atrocia manerent impunita: exempla, præter alios delinquentes: in veneficis præbẽt ſeſe obviã, quæ quo interdum ſunt peiores, hoc majorem vitæ honeſtatem & pietatẽ affectant & oſtentant: Sunt qui formidine pœnæ potius quã virtutis amore peccare ceſſant & manent probi usq; donec occaſionẽ delinquẽdi ſint nacti, & præſertim ubi nemini mortaliũ crimẽ manifeſtatum iri maxime ſibi perſuadent: Cuius rei horrendum exemplũ narrat *Bald. in tract. d. caut. & remed. quæſt. 14.*

Quo lectorem remitto. Addo in specie: Quoties duo inter se pugna confligantur seorsim, nemine vidente, quorum alter incontaminatæ est famæ, alter minimè: Bene
8 ne famatus(*) autem dicat, quicquid actū est id à se factum esse ob necessariā defensionem: quod aliter docere nequit nisi suo juramento, quod pro veritatis certitudine præstare se offert: Hoc juramentum profecto acceptabile est judici, & talis propter famam illibati nominis absolvendus est indemnis. *Damhoud. in pr. crim. cap. 76. n. 29. 30.* Vnde non sine ratione dicitur, habeas bonum nomen, quia pluris erit tibi, quam mille thesauri: Et infamia sequitur hominem ut lepra leprosum. *Boss. tit. de inquis. n. 37.*

CAUTELA XIX.

Pro judice, ne confessionem eruat promissione impunitatis, minis, terrore vel similibus, & ita eam reddat nullam.

SUMMARIA.

1. Non licet judici reum, promissione impunitatis vel aliis pollicitationibus allicere, ut delictum fateatur.
2. Judex summopere vitare debet ne reum fraude vel mendacio circumveniat.

3. Rei,

3. Rei, ejusmodi pollicitationibus inducti, facile contra sementiuntur.
4. Reus ex confessione per talia promissa elicita, non est condemnandus.
5. Iudex apud versutos facinorosos citra deceptionem, simulare & dissimulare potest.
6. Promissio impunitatis à Principe confitenti facta, est servanda.
7. Confessio extra torturam facta, verè debet esse spontanea.
8. Terror torturæ habetur pro torturæ gradu.
9. Imperitia actuarii in eo & similibus.

VIdi aliquoties & audivi sine cruciatu & ante torturam Reos examinari, (*) 1 quibus ut eo facilius delictum confiterentur, ab examinatoribus dictum est: Narra veritatem, nihil mali eveniet, vel eo facilius veniam delicti impetrabis: Vel etiam impunitas promissa erat, & postea nihilominus, ubi reus confidenter, proculdubio spe promissæ impunitatis, confessus, concurrentibus tamen aliis præsumptionibus & conjecturis condemnatus, & ultimo supplicio affectus est: Quanquam hunc modum indagandi veritatem multi, quos allegat *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 55. n. 8. & 9.* approbent: Attamen, cum (*) 2 hoc sit illaqueare reum fraude & mendacio, quod cuilibet viro bono, præsertim vero judici, qui dexterrimus debet esse & ve-

ritatis amantissimus, summopere vitandũ, cum Iulio Claro dicto loco Censeo: Tum etiam propterea, quamvis atrocis cujusdam delicti impunitatem judices examinantes polliceantur, & præstare velint, id tamen salva justitia non possint, & ita fidem fallere cogantur, quam tamen servare decet *l. 1. in pr. l. jurisgentium* §. *Prator ait ff. d. pact. l. 1 ff. d. const. pec.* Imo hosti servanda fides *c. noli æstimare 23. q. 1. cap. ad au-*
3 *res extr. quod metus caus.* Rei insuper (*) ita inducti â judicibus ad suam liberationem facile contra se mẽtiuntur: Quapropter
4 neminem, (*) nisi aliis sufficientibus probationibus gravatus sit, ex ejusmodi confessione (quæ nulla est, *Gomez. tom. 3. resolut. cap. 12. num. 6.* etiam revocari potest, *Immol. cons. 109. Hippol. in l. 1. §. quæstioni ff. d. quæst. & pr. cr. § postquam n. 16. Boss. d. exam. reor. n. 17. Carer. in pr. crim. §. homicid. ult. n. 43.* quod notandum) condemnandum venire cum *Claro d. l.* omnino arbitror: *vide etiam additionem ad. dict. loc. lit. B.* etsi perseveret tortus sive non tortus in eâ. *Gigas de crim. læs. Maj. Rubr. quom. & per quos crim. læs. Maj. probetur. quæst. 1. n. 21.* Hoc tamen
5 non abnuerim (*) posse judicem, imo eum decere, â versutissimis sæpe facinorosis in

dagandæ veritatis causa, prudenter, non tamen malitiosè & ad deceptionem, dolosa n. persuasio plus est quam violenta coactio *l. 1. §. persuadere ff. d. serv. corrup.*) simulare & dissimulare, ad exemplum Salomonis 1. Regum cap. 3. Princeps (*) quando promisit 6
impunitatem confitenti, eam servandam omnino esse deducit *Boss. de confess. per tort. n. 9.* An autem talia delicta quæ majestatem divinam lædunt vel jura naturæ infringunt, remissioni Principis subsint, hic disputare non est mei instituti. Porro velu- idixi non licere reos promissionibus ad confessionem faciendā inducere, ita quoq; (*) nec metu torturæ vel aliis minis ad eā 7
impellere decet ubi nimirum examinatores amicabiliter â reis veritatem adhuc indagare satagunt, & si quid confitentur spōte confessos esse ad acta scribunt: Idq; propterea, ut talis confessio, ante & extra torturā facta, vere & ex omni parte spontanea sit, qualis esse nunquam potest ubi talis inductio pollicitationis aut minarum jactitatio præcessit: Cū & minæ vel etiā torturæ (*) terror habeantur pro torturæ gradibus 8
Jul. Clar. lib. 5. sent. § fin. quæst. 64. n. 31. Confessio & quicquid inde sequitur reo nō præjudicet *Prosp. Farin. in pr. cr. lib. 1. tit. 5. quæst.*

37.n.103. Marf.in l.1.n.)5.ff.d.quæst.& in pr. crim.§.expedita n.2.& seq.& n.10.& seqq. Franz.Person.de indic.& tort.n.73. sic ubi locorum praxis in contrarium est, mala est,& cum injuria reorum conjuncta & invalida *Carer.pr.cr.d.confess n.9.* nec ibi intelligitur quid sit spontaneum aut sponte factum, id quod ex disciplina morali, ubi propria istius materiæ sedes est, qui juris consultorum authoritate non moventur petere possunt. Huc utiliter faciunt quæ *Dn.*Horneius *in Ethicis lib.3.cap.4.de spontaneo & invito, in specie de iis, quæ metu fiunt* tradidit: Et hæc cautelæ loco omnino notanda sunt examinatoribus, præsertim au-
9 tem judiciorum criminalium Actuariis(*) ne scribant reos sponte esse confessos, quando extra actum torturæ sunt interrogati non habentes rationem ante dictæ promissionis, vel minarum vel aliarum circumstantiarum: vide etiam quæ dixi supra *hoc tit.caut.12.*

CAUTELA XX.

Quomodo Accusatus à tortura & ordinaria pœna possit liberari in casu homicidii.

CAV

SUMMARIA.

1. Accusatus legitimis indiciis existentibus, potest torqueri.
2. Quomodo à tortura possit liberari.
3. Tortura non fit ad probationem delicti, sed ut persona quæ delictum commisit manifestetur.
4. Lex non præsumit occidisse ad necessariam defensionem sed potius contrarium.
5. Si quis in probatione necessariæ defensionis succumbit, ille propter solam legis præsumptionem non est torquendus nec capitaliter condemnandus.
6. Reus si millies delictum à se commissum esse negaverit, postea autem de eo legitime convictus, ad sui defensionem id fecisse potest allegare.
7. Quomodo Advocatus hac cautelâ uti debeat.

Legitimis(*) indiciis contra accusatum 1 existentibus, torqueri potest. *tot.t.t.ff. & C.d.quæst.* Vt autem â tortura, in casu homicidii, liberetur, confiteatur(*)se hominem occidisse, addens: Sed ad necessariam defensionem: *Ferrat.caut.5.* vel probet exculpationem ab occiso, ut *caut. 17.* dixi: Vel dicat non constare de corpore interfecti, ante enim quam de eo liquido cõstet judex procedere nequit. *Anton. Blanc. caut.4.* Cum tortura non fiat ad probationem delicti, sed ad hoc, ut persona, quæ delictum illud admisit, manifestetur *Fran. Brun.*

Brun.in tr.de indic. & tort.2.part.q.5.n.9.& *10. Iul.Clar.pr.crim.§.fin.quæst.64.n.3.Cra* *vet.cons.260.Honded.vol. 1. cons. 107. n.9.* *Bursat.cons.225.n. 74. lib. 2. Gabriel Rom.* *commun conclus.de crim.conclus.17. lib.7.* Etiamsi reus sit confessus: Propterea judex debet mittere ad locum delicti, & si aliter processerit tenetur deSyndicatu,ut *ex Ang.* *Colerus decis.108.n.13.& 14.tradit:* vel sit vitæ perditæ & profligatæ *Aug. Arim. in addit.ad Ang verb. etiam vestem cælestem sub n.26.vers.sed adverte, quia etiamsi fur esset malæ vitæ &c. Iacob.Schult.in addit.Modest. Pist.lib 1.quæst.63.n.7.8.& 9.* Periculosa tamen est apud judicem non propitium ejusmodi confessio,etiam qualificata: Quod occiderit ad necessariam suam defensio-
3 nem,quam(*)lex non præsumit,sed potius contrariũ: Itaq; omnino vide *Ferrat.dict. loco* latius hanc cautelam, & speciosis rationibus, post alios discutientem, qui de-
4 monstrat, etiamsi taliter confessus (†) in probatione necessariæ defensionis succumbat, eum nihilominus propter solam legis præsumptionem sine alio legitimo indicio ultionis & non factæ defensionis, qualia vide in *Const.Criminal.art.143.& a-*

pud

pud Capoll.conſ.28.& 29. non eſſe torquen-dum, nec capitaliter puniendum ſed arbi-trarie, vel exilio, vel pœna pecuniaria. *Hip-pol.d. Marſ.ſingular. 185.* Iaſ. *in* §. *item ſi quis 5.columnn. verſ. finem inſt. de action. & in l. ut vim d.iuſt. & iur. Iohan.d. Arnon.caut.55.* ut & *Iul.Clar.pr. crim. verſ. 17. quaſt. 55.§. fin.* ſequentem cautelam commendant, ut optimam & ſingularem: ſi nimirum Reus reſpondeat & confiteatur hoc modo: Nego me vulneraſſe vel occidiſſe, ſtatim adiiciendo: & ſi contrarium apparebit, dico me feciſſe ad defenſionem. *vide qua diſſerat Fulv.* P*acian.conſil.158.n.9.10.& ſeqq. & ibidem allegatos DD.* Doct. *Mart. in Digeſt. noviſſ.tom.2.de confeſ.in criminal.cap.12.Ioſeph. Ludovic.in deciſ.* R*ota Lucenſis* 19. Quia in criminalibus confeſſio non eſt dividenda *Thom. Triviſ.part.2.deciſ.46.* Neq; ulli debet eſſe dubiũ, quin reus, ſi millies(*) de- 6
lictũ ſe commiſiſſe negaverit, ſi de eo poſtea legitimè convictus eſt, ad ſui defenſionem feciſſe, allegare poſſit: Ac propterea audiendus, atq; mendacio ejus, non obſtante ad probandum admittendus eſt. Quinimo judex valdè erraret, qui aliter faceret, ſententiamq; juxta fiſci, vel accuſatoris probationes proferre vellet *Petr. Cab.deciſ.49.*

In contrarium ſentit *Bartolus in l. Aure-lius §. idem quæſivit ff. d. liberat. leg.* cujus o-pinionem ſub diſtinctione recipit *Caſon. in tr. de torment. cap. 18. n. 13.* quam ibi videre
7 poteris. Caveat (*) autem Advocatus ne hac cautela ut & aliis male utatur, & lu-crando cauſam perdat animam: Eum e-nim non tantum in conſilio cautum, in patrocinio fidelem, ſed etiam in indicio ju-ſtum eſſe oportet. Sit quoq; judex circum-ſpectus dum ſentit ſe difficulter teſtes, vel alia indicia inſultationis habiturum con-tra homicidam, ne quiſpiam admittatur qui eum ad reſpondendum inſtruat. Poſſet enim ſponte confiteri, vel ita de circum-ſtantijs reſpondere, ut indicia offenſionis vindictæ & ultionis ex ipſa conſtarent re-ſponſione.

CAUTELA XXI.

Quomodo reus in crimine furti à tortura & ab ordinaria pœna poſſit liberari.

SUMMARIA.

1. Reus furti, quando videt contra ſe aſporta-tionis extare indicia, quomodo evitet torturam & ordinariam pœnam.

2. Re

1. Reus, si in hoc casu deficiant probationes, nihilominus tamen effugit poenam ordinariam.
2. Fraus in Inquisito bonæ famæ non præsumitur.

EX præcedenti cautela deducit aliam *Hippol. de Mars. in pr. Crim.* §. *postquam n.24.* nimirum: (*) si reus in inquisitione furti videt de contrectatione & asportatione bonorū contra se indicia extare, confiteatur se bona in inquisitione nominata contrectasse, & exportasse, sed tanquam sua, & ad se jure dominii vel quasi spectantia (quæ etiam interdum furto auferre licet *Menoch. d præsumpt. lib. 1. præs. 80. n. 35 Didac. lib. 1. var. resol. cap. 3. n* 15.) Qualia (*) etiam si postea non probaverit, â poena ordinaria nihilominus liberabitur: Quia cum inquirens non habet alias probationes de furto, nisi confessionem inquisiti: Quod menti perpetuo tenendum hortatur *Mars. l. l.* & ibi refert exemplum â se practicatum, quo ita confessum liberaverat â poena mortis: Quamvis ibidem non faciat expressam mentionem torturæ, eam tamē, non esse adhibendam deficientibus aliis indiciis, propter solam confessionem qualificatam & identitatis rationem caute-

R læ

sæ antecedentis ex mente *Hippoliti* & alle-
gat. *Dd.* facile colligitur: tum etiam ex ha
3 ratione: (*) Quia fraus in inquisito bona
famæ non præsumitur, sed potius cessa
omnis suspicio furti *Menoch. lib. 3. præsump.*
141. *n.* 15. Si autem inquisitus est malæ fa-
mæ, vel alia contra eum extant fraudulen-
tæ contrectationis indicia, hac cautela
tortura non liberabitur. *Menoch. d. præ-
sumpt. l. 1. quæst. 89. n. 141. Bart. in l. ult.
ff. d. quæst.*

Cautela XXII.

Vt extrajudicialiter delictum con-fessus evadat torturam, & pro alio metuente.

SUMMARIA.

1. Extrajudicialis confessio alicujus delicti præ-bet indicium ad torturam.
2. Reus quomodo ejusmodi indicium tollat.
3. Errorem asserens eum probare tenetur.
4. A minis judicum reus appellare potest.
5. Reus pendente appellatione non potest tor-queri.

SOlent quidam adeo jactitantes esse, u
1 de delicto (†) extrajudicialiter glorien-
tur, vel aliter illud confiteantur, ex quo na-
scitur contra eos indicium ad torturam
2 quam ut (*) effugiat Reus, ante revocet is-
co

confessionem, quam torturæ subficiatur, non allegato errore, quem probare nō tenetur: *Bald. in l. vnic. C. d. confess. Ferrat. caut. 27. Ant. Blanc. caut. 5.* cui tamen contrarius est *Clar. in pr. cr. §. fin. quæst. 21. vers. 31. & vers. 33.* errorem (*) probandum esse asserens, propter rationem ibidem adiectam atq; ei suffragatur *Petr. Caball. in resolut. crim. 81.* Si quis (*) præter hoc metuat torturam, & fortasse judex ei sit minatus secundum *l. si quis provocatione C. de appellat.* ab istis minis seu terrore appellet: Tunc judex, (*) nisi inique & nulliter procedere tentet, torquere non potest, etiamsi superior non dum inhibuerit, & si nihilominus torserit, confessio facta in tormentis etiam ratificata non valet. *Cæp. caut. 239. Franc. Marc. decis. 60. p. 2.* Ad quæ maxime faciunt quæ dixi in *caut. 2. hoc tit.*

3

4

5

Cautela XXIII.

Ne judex confessioni in tortura factæ propter fragilitatis periculum etiam sæpius ratificatæ credat, nisi per signa à reo sit declarata & verificata.

SUMMARIA

1. Metus tormentorum tam diu durat, quā diu reus in carcere detinetur.
2. Iudex ne credat confessionibus reorū nisi signis verificentur.

 3. Si-

3 Signa & circumstantiæ recensentur, quas judex pro ratione delicti indagare tenetur.

4 Exempla narrantur, ubi innocentes cruciatu torturæ, delictum confessi condemnati fuerint.

Vid. p. 387 Dubiorum ...

Quam sit res fragilis & periculosa confessio in tormentis facta ex *l. 1. ff. de quæst. §. 23.* & ex supra dictis constat: Cum itaque (*) metus tormentorum duret,
1 quamdiu reus in carcere detinetur, ne credat (*) judex tali confessioni, etiam sæpius
2 ratificatæ, nisi per signa ita declarata, & verificata sit, ut tortum non propter cruciatum ejusq; durantem metum contra se mentitum fuisse, sed veritatem, quam innocens ita indicare nequibat *Constit. Carol. artic. 60.* dixisse, sat percipi possit: Id quod contra communem errorem judicum notandum monet *Cason. in tractat. De torment cap. I. n. 9.* Ejusmodi autem signa (*)
3 sive circumstantiæ pro ratione delicti variis modis scit indagare judicis prudentia veluti in delicto homicidii si ex Reo quæratur cur occiderit? ubi locorum? quibus armis? in qua parte corporis occisum percusserit? Et singulari juramento præstito debent Medici sive Chyrurgi inspicere cadaver, & deponere an ex vulnere, & si plu-

ra inflicta, ex quo mors secuta sit: *Const. Carl. art.* 149 *jul. Clar. pr. crim.* §. *homicidium vers. scias autem* 43. ubi addit sufficere si Medici in initio officii ad hoc generale præstiterunt juramentum: Ex his & similibus veritas, interdum & innocentia (in quam judex ex officio diligenter inquirere tenetur *l. si non defendantur ff. de poenis*) confitentis facile elucesset: Sic in crimine furti interrogari debet, cui & quanti rem furto ablatam vendiderit? & si quospiam reus nominaverit, ab illis veritas exploranda est: Sic in crimine veneficii quæratur ubi emerit? à quo? quando? quanti & per quem dederit? inprimis autem curet judex, ut de qualitate veneni jurati deponant Medici, an sit ad occidendum sufficiens: ne reus ex confessione erronea. cum vires dati veneni nesciat, damnetur: Huc repete quæ dixi *supra in cantela* 3. *h. tit.* Hæc si prætermittuntur, sæpe innocens condemnatur cujus rei extant exempla (*) *vide val. Max. lib* 8. *cap.* 4. *d. quæst.* M. Agrii Argentarii servus Alexandrum C. Fannii servum occidisse insimulatus est, eoq; nomine tortus: Admisisse se id facinus constantissimè asseveravit: Itaq; Fannio deditus, sup- 4

 plicio

plicio affectus est: Parvulo deinde tempore interiecto, ille, cujus de nece creditum erat, domum rediit: Præterea & alia, multũ notabilia refert *Menoch. d. Arb. jud. lib. 2. Cas. 269. Cas. 270. Cas. 272.* Quo lectorem remitto. Vide etiam exemplum, in cautelâ 1. *hoc. tit.* Refertur de foemina paucos ante annos ob insimulatum magiæ crimen in aliquo pago combusta: Quæ cum esset ab alia denunciata, ilico capta, ad quæstionem fuit abrepta & vi tormentorum confessa, se alicuius rustici vaccam illo tempore: Item ante duos annos, alterius infantem necasse: Toti autem pago, etiam pueris constabat, vaccam dicto tempore esse mortuam, & infantem contabuisse: Ista foemina cum alia non sciret, hæc edixit maleficia, & â multis dicitur innocens ad supplicium tracta: id quod creditu non est difficile: Quia imperiti & socordes judices in alias circumstantias non inquisiverant, illas dictas sufficientes esse sibi persvadentes. Verum hæc fuit incuria magna, & supina dictæ constit. Carol. negligentia cum illa delicta quivis istius pagi indicare & ita contra se mentiri potuisset.

Corn. Tacit. lib. 15. annal. horrendum

refe-

refert & multum notabile exemplum, de ingenti multitudine Christianorum, qui quāvis essent innocentes, tamē vi tormentorum superati, de se incendium vrbis Romæ fassi, ac proinde suppliciis exquisitissimis sub Nerone, quēm ipsum fama constans in culpam vocaverat, affecti sunt & perierunt. *Verba eius hæc sunt.* Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & quæsitissimis poenis affecit, quos per flagitia invisos, vulgus Christianos appellabat. Autor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperãte, per Procuratorem Pontium Pilatum, supplicio affectus erat. Jgitur primo correpti qui fatebantur, deinde jndicio eorum, multitudo ingens haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis convicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi aut flammandi atq; ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Quam difficulter in re tam ardua casses evitentur & periculosum sit in ea iudicem versari imperitum hæc exempla ut & unum atq; alterum sequens, quod adjicere libet, commonstrant. Ministri & satellites justitiæ noctu inciderunt in

cadaver adhuc calidum ,tunc enim fuerat homo occiſus, cultro in vulnere relicto, ibiq; invento piſtore, qui de more ibat ad excitandum vicinos, ut panem facerent, eum retinuerunt: Qui cum caſu infelici vaginam vacuam ad cingulum haberet pendentem,cui optimè culter reſpondebat: Ex hiſce indiciis acrius, quam par erat,tortus, doloris impatiens, delictum quod non patrarat confeſſus,innocens capite fuit punitus. Vetus ac memorabile exemplum eſt Palamedis Vliſſis inimici, fraude extincti: Uliſſes adulterinam epiſtolam Priami nomine Palamedi ſcripſit, in qua eidem de proditione gratias agendo, aurum ei clam transmiſiſſe dicebat: Literis dolo ad Græcorum conſilium perlatis, Palamedes proditionis accuſatur, quem cum Vliſſes tanquam amicus tueri ſimularet, dicebat literis fidem non eſſe ad hibendam, ſcum de auro non conſtaret, inſtabatq; rei tentoriũ ſcrutari, ut auro nõ invento illius innocentia comprobaretur. Verum cum in tabernaculo aurum inveniſſent,quod clam Vliſſes per ſervos corruptos infodi curaverat, innocens Palamedes tanquam proditor lapidibus obrutus fuit:Et ſic indiciis urgentiſſi-

tissimis, sed falsis innocens fuit damnatus.
Hæc duo exempla refert. Ioh. Bonefac. in tract. d. furt. §. 2. n. 30. Quis deniq; dubitat, similia hodierno tempore non raro contingere, quo tanta est multorum latrunculatorum ruditas, (quicquid etiam sibi inaniter tribuant) ut vix sinistro oculo jura criminalia conspexerint, insuper ipsam constitutionē imperii criminalem, quæ tamē sat brevis est & perspicua, supinè negligant.

Cautela XXIV.

Ne torquendus appellare possit.

SUMMARIA.

1. An judex decretum de torquendo reo palam, an ad locum, ubi incipit ligari, interponere debeat.
2. An Rei appellatio, quando tormentis applicatur, attendatur.
3. Sententia authoris negativa cum annexis rationibus.
4. Tortura major est pœna quam utriusq; manus abscissio.
5. Iniquum est in causis quæ irreparabile damnum secum ferunt, reis beneficium appellationis adimere.
6. Iudex inferior non potest facere, ut â sententia sua non appelletur ad superiorem.

EX Maranta *Iulius Clarus lib. 5. Senten. §. fin. quæst. 64. n. 27.* hanc allegat cautelam, ne judices (*) interponant de- 1

cretum de torquendo reo palam, sed du-
cto ad locum torturæ, & statim ubi incipit
ligari, utq; immediatè torqueant: Nec e-
2 nim(*) tunc attenditur appellatio rei, qui
jam tormentis applicatur: Verum hujus
cautelæ, in locis ubi per statuta vel consue-
tudinem à criminalibus appellare non li-
3 cet, nullus est usus: Ego autem (*) puto, e-
tiam extra dictam consuetudinem ubi ni-
mirum à criminalibus appellare est per-
missum, justum judicem hac cautela tutè,
& illæsa justitia uti non posse: Nam, præ-
terea, quod talis sententia ratione loci ubi
fertur, nimirum carceris & torturæ, vitio
nullitatis affecta sit, *secundum Bart. & Bald.
in l. 1. C. d. sent. ex brev. recit. & ipsum Na-
rant. in tit. d. sent. n. 48. 55.* iniquum est in
4 causis tam arduis, & cum(*) tortura major
sit pœna quam utriusq; manus abscissio
5 feratq; secum (*) damnum irreparabile
*Bart. & DD. in l. fin ff. d. appell. recip. Bald.
in l. 2. C. d. Episc. aud.* commune illud bene-
ficium, quod ad corrigendam judicum
tam iniquitatem quam imperitiam adin-
ventum est, *l. 1. ff. de appellat.* insidiose &
modo plane violento ac præpostero, quo
sententia fertur, postquam cepta est exe-
cutio

utio, adimere: Nec judex inferior potest facere, quod à sententiis suis non appelletur ad superiorem *Bart. in l. 1. §. interdum ff. à quib. appell. non lic. & DD. Communiter*. Imo, interlocutoriâ torturæ lata, decem dierum lapsus expectandus est: *Francisc. Marcus decis. Parlam. Delph. 905. part. 1. Doct. Marta in Digest. nov. tom. 2. tit. d. tortura. cap. 26.*

Cautela XXV.

Pro judice, ne insimulari possit modum in torquendo excessisse, ac proinde tutus sit à pœna Syndicatus.

SUMMARIA.

1. Iudex, quando excedit modum consuetum in torquendo tenetur de Syndicatu.
2. Quomodo id judex possit præcavere.

Diligenter caveat judex (*) ne in torquendo excedat modum consuetum, qui adhiberi solet juxta qualitatem personæ & delicti, alioquin tenetur de Syndicatu: *Bart. in l. quæstionis modum, n. 1. ff. de quæst.* cujus opinio communiter approbata est, ut dicit *Marsi. in pract. crim. §. Expeditæ n. 89. in fin.* quem refert *Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 64. n. 37.* ubi & hoc cauti consilii dat judici, ut nimirum (*) curet per 2

Nota-

Notarium scribi in actis processus qualitatem, quantitatem torturæ & alia particularia, in hunc finem, ut semper apparere possit, an intervenerit aliquis excessus vel culpa ex parte judicis: Et ita communiter servari testatur *Gomez. cap. 13. delictorum n. 6. versic. si vero judex vid. Menoch. d. arb. jud. lib. 2. cas. 340. n. 10. & seqq.* Hanc Cautelam etiam vide apud *Hippol. d. Mars. in pract. crim. § quoniam. n. 48. & Magon. decis. 89. n. 8. Petr. Greg. Tholos. lib. 48. cap. 12. n. 25.*

Cautela XXVI.

Pro judice, qui aliquem injustè tormentis subiecit, ne possit conveniri super Syndicatu: Et pro rei Advocato, ut ejusmodi judicis effugium impediat.

SUMMARIA.

1. Judex quenquam sine legitimis indiciis subiiciens torturæ, tenetur de syndicatu.
2. Dolorem & damnum resarcire cogitur.
3. Quomodo possit effugere hoc.
4. Advocatus rei, quomodo sibi ab insidiis ejusmodi judicis, caveat.
5. Tortus, si asserat ex metu confessionem fecisse, judex vero eam spontaneam dicat, præsumitur pro torto.
6. Judex hoc in casu assertionem suam ex instrumento Notarii non potest probare.
7. Vtrum quis sponte, an vero invitus confessus sit, soli animo confitentis inhæret.

8. Re

Rei ut plurimum jurium imperiti, discernere nequeunt num legitime sint torti nec ne.

Judex, quando, etiam ex legitimè torto confessionem blanditiis exigit, reddit se de injusta tortura suspectum.

IVdicem non posse (*) quæstioni quenquam subiicere, nisi contra eum legitima indicia delicti præcesserint, jura sunt plus quam manifesta *l. 1. in pr. l. fin. ff. d. quæst. l. milites §. oportet. C. eod. l. sicut C. d. fals.* Quod ubi nihilominus fecerit tenetur de Syndicatu *Bald. in Rubr. C. d. poen. jud. qui mal. jud. Salic. in l. fin. quæst. 7. C. eod.* Damnum (*) & dolorem resarcire tenetur. *Constit. Carolin. Art. 20.* Ac propterea conveniri potest coram proximo superiori: *Art. 61. in fin.* Vt autem judex qui injuste reum torturæ apposuit, illud effugere possit (*) cautelam scribit *Ang. in l. injuriarum §. si quis quod decreto ff. d. injur. Ferrat. Caut. 14. n. 2. Catald. de tort. n. 7.* nimirum ut in relaxatione torti, inducat ipsum blandiciis & aliis modis ad confitendum, se legitime esse tortum & faciat ut aliquis Notarius de tali confessione rogatus instrumentum conficiat, sic non tenebitur in Syndicatu: Ad vocatus itaq; 1 2 3

torti

4 torti (*) ubi intelligit suum clientem non præcedentibus legitimis indiciis quæstioni fuisse subjectum, ilico ei consulat ne vel ante vel in relaxatione fateatur se legitime esse tortum: Vel ubi semel fassus est, det operam probare eam confessionem à suo clientulo esse factam ad obtinendam liberationem, [illegible] ex metu durioris & diuturnioris carceris qui dicitur species torturæ: *Anch. conf. 24. n. 4.* quam opinionem communem esse dicit *Alex. cons. 52. n. 5 lib. 3.* Et talis confessio judici non proderit per. *gl. in l. pen. & ibi Bart. ff. d. quæst. Ang. in l. 1. C. de confess. Claud. Battand. in tr. caus. crim. regul. 48. n. 10.* vel, si potest probet dolum ex parte judicis inducentis tunc omnino super Syndicatu conveniri

5 potest, ex juribus supra dictis: Quid si (*) tortus asserat se ex metu ejusmodi confessionem fecisse, judex autem eam spontaneam dicat nec aliter quicquam appareat? In hoc dubio præsumitur per metum extorta: *Carer. in pract. n. 174. Hieron. Giachar. in Addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 64. n. 40. in fin.* Quid vero si judex fundamentũ suæ assertionis in instru-

9 mento contineri asserat? Nihilominus (*)

mo

meo judicio, confessionem sponte esse factam, eo non potest probari: cum Notarius hoc ignoraverit, nec scire unquam potuerit: Nam idipsum (*) scilicet utrum quis sponte, an vero invitus sit confessus, in animo relaxati, quem nemo mortalium introspicere quivit, remansit: Ad hæc vide quæ dixi *hoc. tit. caut. 12. & caut. 19.* Præterea rei (*) ut plurimum jurium & praxeos criminalis imperiti non norunt discernere utrum indicia sint sufficientia ad torturam, utrum ea sint rite & plenè probata, an minus, ac proinde an juste sint torti, nec ne: 8
Qualis itaq; est Confessio eius, quod vis nō intelligit? In super si judex justæ torturæ relaxatum subjecerat, (quod acta docere debent) Cui bono ejusmodi confessionem exegit? Sané cum illud sit (*) extra usum 9
criminalis praxeos, & ubi quæstio juste fuit adhibita, plane supervacaneum & nullius efficaciæ, judex hoc ipso potius se reddit de injusta tortura suspectum.

Cautela XXVII.

Ne confessus in tortura instruatur ad revocationem confessionis

SUMMARIA.

1. Confessioni in tortura factæ non statur, nisi ea â reo

à reo ratificata sit.

2. Quomodo judex præcavere possit, ne reus instruatur ad confessionem revocandam.

1 PRæcedentibus etiam legitimis indiciis (*) confessioni in tortura factæ non statur, nisi ea à reo ad banchum juris (quod vocant) ratificata sit; Quæ est sententia communis ut dicit *Boer. decis.* 163. *n.* 18. & ita servat consuetudo ut attestatur *Bart. in l.* 1. *in fin ff. d. custod. reor.* Ne autem reus instruatur ad confessionis revocatio-

2 nem, cautelam post alios tradit. *Jul. Clar. lib.* 5. *sent.* §. *fin. quæst* 64. *n.* 40 scilicet (*) ne post talem confessionem judex reum permittat duci ad illos carceres, in quibus sunt alii incarceratorum plures, sed ad quendam locum separatum: Quia in carcere ubi sunt multi Criminosi, est schola, quia de facili unus docet alium (ut sunt verba Clari) quicquid debeat dicere, ut evadat, & sic quod revocet suam confessionem: Exempla sæpe sunt obviam in mulieribus, edoctis, ut simulent se prægnantes quo minus possint torqueri, secundum *l. prægnantis ff. de poen. Præcipit. & constitutio Carol. Art.* 11. ut, quantum fieri potest, capti separatis carceribus custodiantur.

CAV

CAUTELA XXVIII.

Ne torqueatur apud quem res furtiva reperta est.

SUMMARIA.

1. Penes quem res furtiva reperitur, adversus eum extat indicium ad torturam.
2. Alleganti & probanti de se bonam famam, tale indicium non potest nocere.

QVem penes (†) res furto ablata reperitur, adversus eum indicium est ad torturam, nisi doceat (nec enim sufficit, nominare mortuum absentem, aut incognitum, aut negantem: *Mascard. de prob. lib.2.concl. 833.n.12. & seq. Ioh. Bonef. in tract. de furt.* §.2.*n.75.*) à quo eam habuerit, *Bart. in l. fin. de quaest. n. 5. l. incivilem* C.*d. furt. Iul.* C*lar. lib. 5. sent.*§.*fin. quaest. 21. vers. 41. & ult.* Pro eo cautela est(*)ut alleget se solitum esse ejusmodi res mobiles emere & vendere: *Ludov. de Peguera, decis. cons. Cath. 73.* D*octor Marta in Digest. novissimis tom. 2. tit. de furt. cap.* 11. *vel alleget* & probet de se bonam famam, sic tutus erit, & ei creditur sine hac justificatione: Ratio est, quia quantum gravatur ipsius rei furtivae inventione, tantum sublevatur bona sua existimatione: Indiciis enim indicia tollun-

tur contraria, & una præsumptio tollit aliā & fortior debiliorem. Si autem est malæ famæ, duobus gravatur indiciis: Et mala famâ, & inventione rei furtivæ, *Ioh. Bonefac. in tract. de furt. §. 2. n. 64. Iul. Clar. dicto loco: Vinc. Carocius de re furt. pen. tert. repert. quæst. 5. n. 2. & quæst. 6. n. 1. & 2. Francisc. Vivius Decis. 467. Doct. Marta in Digest. novissimus tom. 2. tit. de tortura cap. final.* ubi deciditur, malam vitam & famam â Fisco esse probandam, alioquin simpliciter non esse torquendum, penes quem res furtiva invenitur.

Cautela XXIX.

Pro reo, testem de delicto nocturno deponentem, falso asseruisse convicturo.

SUMMARIA.

1. Testis de visu deponens, facit sufficiens indicium ad torturam.
2. Si delictum de nocte sit perpetratum, & testis affirmet reum illud commisisse, quid reus eusq; Advocatus observare debeant.
3. Testis, de actu aliquo noctis tempore facto deponens, facile fallitur.

1 TEstis (†) de visu deponens omni exceptione major habitus, facit sufficien[s] indicium ad torturam. *Rom. cons. 451. n. [.] Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 21. n. 2.* q[...]

etiam

etiam deponere debet quod ipse interfuerit alias non facit tale indicium *Cason. d. indic per vis. uni test. cap. 1. n. 4 fol. 50.* Quid si delictum aliquod (†) de nocte perpetratum sit, & testis affirmet, quod reus illud commiserit, se vidisse & de facie eum cognovisse? Cautela est ut consideret reus eiusq; Advocatus, an tempore & in loco delicti candela fuerit accensa, vel an luna conspecta locum illustraverit: Præterea quoq;, an testis idipsum deposuerit, an testis antea reum sæpe viderit, *Cravet. cons. 99. n. 8.* sin minus à seipso naturaliter reprobatur, nec ullam fidem facit. *Iul. Car. dict. loc. n. 3. Menoch de arb. jud. cas. 279 n. 3.* ubi etiã refert *ex Plutarch. in vita Alcibiadis* testes quosdam Athenis falsi fuisse convictos: *Addit Cravett. dict. loc.* quod testis deponens (†) de actu facto, de nocte ad lumen lunæ de facili fallitur Vide etiam *Boer. de cis. 165. n. 6.* Quæri, quoq; potest ex teste, num reus pallida vel rubea facie & cuius coloris vestitu indutus fuerit. *Boss. d. resp. à reo fac. n. 15.*

2

3

CAUTELA XXX.

Pro judice super nominandis complicibus vel novis criminibus torquente.

SUMMARIA.

1. Confessum vel convictum, si judex torturæ subiecerit, de Syndicatu tenetur.
2. Confessus vel convictus quando torquetur & in tormentis delictum negat, dicitur purgasse indicia contra se existentia.
3. Neq; in ordinariam pœnam potest condemnari.
4. Super nominandis sociis & mandatoribus vel etiam novis criminibus, quorum extant indicia, omnino potest torqueri.
5. Judex quomodo sibi caveat, ne in hoc passu reatum syndicatus incurrat.
6. Consuetudo, quod rei de aliis criminibus, de quibus non extant indicia, torqueri possint, non valet.
7. Ampliationes prædictorum.
8. In scriptis judex interrogare debet non oretenus.
9. Judex monens reum ad dicendam veritatem, reus vero respondendo neget principale delictum, præsumitur interrogasse super delicto principali.

1 Confessum(*) vel convictum si judex contra *Constit. crim. Carol. Art.* 69 torturæ subiecerit, Syndicatus reatum incurrit: *Castr. l.* 1. *n.* 7. *C. d. jurejur. propt. Ca[l.] Boss. d. indic & consil. ante tort. Mars. pr[act.] crim.* §. *nunc videndum n.* 22. & *seq.* Et co[...]

(*) confessus vel convictus torquetur, ac 2
in tormentis delictum negat, inq; ea negatione persistit, dicitur purgasse indicia & probationes contra se existentes, ut veniat absolvendus, *Decian. vol. 2. cons. 92. n. 132.* vel (*) saltem in poenam ordinariam non 3
condemnandus: *Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. quaest. 64. vers. veritas est & vers. illata ro. Alber. de Rosat. in rubr. c. d. quaest. n. 9. & in l. edictum n. 2. ff. d. quaest. Boer decis. 163. n. 12. & 13. Crav consil. 237. num. 4.* Verum enimvero in delictis, in quibus super nominandis, (*) complicibus, sociis vel 4
mandatoribus torquere licet, (quae autem illa sint vide prolixius *Speckhan. cent. 3. class. 2. quaest. 18.*) quo minus tortura examinari possit confessus vel convictus: Vel etiam existentibus indiciis legitimis super novis criminibus, nihil obstat: *Jul. Clar. d. loc. Gram. cons. 1. n 2. & seq. in crim. & alii plures.* Pro judice autem in hoc passu cautela est, (*) ut protestetur, se sine praejudicio confessati & convicti criminis, vel (si reus cōdemnatus est) sine praejudicio condemnationis, super complicibus vel novis delictis, quorum extant indicia, torturam adhibere: Et curet hanc protestationem ad

acta scribi, caveatq; ne de principali delicto interrogationes faciat alioquim dicta protestatio est contraria facto, nihilq; operatur: Sed potius in tortura reo crimen negante, ut memini, indicia existentia & probationes purgatæ sunt, judex audit fatuus & de syndicatu tenetur: *Alber. de Rosat. in Rubr. c. d. quæst. Boer. dict. loc. Cravet. dict. loc. Clar. dict. loc.* Si forte imperitus dicat: cõsuetudi-
6 nem hactenus (*) contrarium observasse, quod nimirum rei de aliis criminibus etiamsi non sint in promtu indicia interrogari possint: Scito talem consuetudinem non valere: *Carer. in pr. crim. de tort.* §. *8. n. 1... pag. mihi 191. Gand. rubr. d. quæst. vers. ... quid de quæstione quæ quotidie occurrit.* Di-
7 cta etiam obtinent, (*) non solum quando reus interrogatur super ipso delicto principali sed etiam, quando interrogatur super ejus qualitatibus. Item quando de principa-
8 li crimine interrogatur (*) â judice non ex scriptis, sed oretenus: & Notarius non scribit interrogationem, quæ est fraus impia impiorum judicum: Tunc enim talis protestatio perinde est facto contraria, & reus in negatione persistẽs purgat probationes. In quo Judices multum onerant suam con-

scient-

ſcientiam, ſibi gehennam ædificantes, cum præjudicio rei & reipub: Cum itaq; ejuſmodi interrogationes ſint plenæ doli ac periculi, abiis judices ſibi, caveant maxime: *Vide Ioſeph. LudoW. in deciſ. Lucenſ. deciſ. 13. n. 64.* ita referentem: Sunt quidam malitioſi judices, qui mandant torqueri reum ad effectum eum interrogandi ſuper complicibus & mandantibus, & de hoc apud acta proteſtantur: quando tamen examinant reum in tortura, absq; eo quod ſcribi faciant, interrogant reum de delicto principali, contra proteſtationem factam, quod quidem delictum purgatum eſſet per torturam, vel ſaltem minoratum, ſi hoc redigi feciſſent in ſcriptis, juxta *deciſ. Grammat. 96. paulo poſt princ.* ideo judices habeant ſemper Deum & juſtitiam præ oculis, & abſtineant â prædictis. Nec ante memorata proteſtatio juvat, ſi judex monet (*) reum ad dicendam veritatem, & reus reſpondendo negat principale delictum: Præſumitur enim interrogaſſe ſuper delicto principali, *Proſp. Farinac. lib. 1. in pract. crim. tit. 5. quæſt. 40. n. 20. & ſeqq. uſq; ad fin. & ibid. allegati Dd. Burſat. conſ. 346. n. 4. ſub verſ. quia reſpondetur lib. 4.* Quæ pro cautela bene ſunt notanda. 9

CAUTELA XXXI.

Pro judice & judicii Notario ad variationem & trepidationem testis vel rei.

SVMMARIA.

1. Iudex variationem testium non curans scribi ad acta, punitur in Syndicatu.
2. Notarius, nisi jussu judicis scribat, nihil probat.
3. Cautela pro eo.
4. Variatio debet esse circa negotium principale delicti.
5. Talis variatio rei efficit indicium ad torturã.
6. Iudex debet curare ut eius Notarius statim ex rei ore omnia ad acta scribat, quomodo variaverit vel trepidaverit.
7. Iudex si ex sola sua scientia reum torturæ subjecit dicitur injuste reum torsisse.
7. Iudex si rei variationem ilico ex ipsius ore ad acta scripserit, eum & aliis indiciis non existentibus, torquere potest.
9. In eo autem judex caute & prudenter se gerat.

1 TEstis (*) vel Reus quando variat, cautela pro judice est, ut curet variationem trepidationem & forte coloris mutationem scribi ad acta, alias punitur in Syndicatu. *Dec. in cap. quoniam contra n. 49. d. probat. Felin. n. 49. Bart. in l. 3. n. 4. ff. d. testib. Bald. in l. cum Magistratus in fin. C. quando prov. non est necess. & in l. 1. §. curatores in fin. ff. d. Magistr-*

...ſtrat. conven. Et Notarius(*)ex eius man- 2
...ato & juſſu ſcribat, alias non probatur, nec
...acit indicium: *Bald. in l. qui falſa vel varia*
...d. teſtib. Vnde tabellio (*) ad tutiorem 3
...autelam poterit ſcribere: Iudex mihi di-
...it, ut ſcriberem talem variare, & videba-
...ur mihi vacillare, ex quo audivi: *Marſ. in l.*
...x libro n. 19. & ſeq. ff. d. quæſt. Abb. in cap.
...uoniam contra n. 35. d. probat. vel ita: dicto
...nterrogatorio facto, interrogatus factus
...ſt vultu pallidus, & trepidavit, vidente me
...otario, & commiſſario vel judice inter-
...ogante, qui in præſentia ipſius inquiſiti au-
...ientis & non contradicentis juſſit mihi,
...ui ita in actis ſcriberem: Si autem Nota-
...ius non percipiat trepidationem & colo-
...is mutationem, non debet ſcribere quod
...a ſit, ſed quod judex ita dixerit: *Purpurat.*
...nter conſil. feudal. varior. conſ. 53. n. 27. Id
...uod judex & Notarius caute, non in in-
...uiſito tantum, ſed in teſte etiam obſerva-
...it: *Cagnac. in C. quoniam contra n. 257. &*
...62. de probat. Obiter autem addo (*)ut va- 4
...iatio quæ vult attendi, ſit circa negotium
...rincipale, locum & tempus delicti: Non
...alis, quæ tantum eſt circa nomen, cogno-
...men, originem & id genus alia *gl. in c. cum*

ecclesia verb. vacillare de caus. possess. & prop.
Bart. in l. eos vers. quaero qua dicatur ff. de fals.
Spec. in tit. de test. §. 1. vers. item quod est va-
5 *rius.* Rei variationem (*) sive mendacium
circa causam principalem & circumstan-
tias, eam principaliter & directo respicien-
tes efficere indicium ad torturam, notum
est *ex l. De minore § plurimum ff. d. quaest. &*
ibi Bart. idem in l. fin. d. quaest. Calon. in tr. d.
indic. d. non dict. cap. 2 Iul. Clar. pr. crim. §
fin. quaest. 21. vers. mendacium 39. Cautel
6 hic est pro judice interrogante, (*) si pavet
variat & trepidat reus, ut idipsum statim
per Notarium suum scribi curet, ex ore e-
jus, quid nunc, quidq; paulo post respon-
deat, excipiat, & calamo non parcat: Si e-
nim ex actis non constant dicta rei vari
& quomodo variaverit vel trepidaverit, a
7 judex, (†) ex sua scientia sola reum tortur
applicuit, dicitur injuste eum torsisse & sin
indiciis, teneturq; de Syndicatu, ut ante
8 memini: Vbi autem judex (*) fideliter d
cta varia ad acta ilicò ex ore respondent
conscripserit, interdum aliis indiciis no
existentibus, eum torquere potest. *Bart.*
l. Ang. Aret. de malef. in verb. fama publica.
verb. nono quaero, Hippolit. d. Mars. in pr. crim
§. I

§. *Diligenter n.74 & n.98.* cautus autem sit (*)judex, ut prudenter discernat, quantum 9
fidei trepidationi & variationi tribuat: sunt enim quidam ita simplices & stupidi, ut statim, quando veniunt ad præsentiam judicis, vix vocem exprimere possint quamvis sint innocentes *vide quæ dixi in caut. 1. hoc tit. n.*13. Et benè advertat, ne fallatur: Nō enim mirandum est, si vir honestus, & qui non apparet alias de vili facto reprehensus, insuper vel diffamatus, & sic de facto & inciviliter captus & abditus, ad præsentiam hominis de se confessi, in aliquo alteretur vel expavescat: Tum propter repentinam & gravem injuriam sibi illatam incarcerando & compeditando: Tum propter falsum testem: talia non contingunt, sine quodam animorum conflictu, ut ex *Boetio de consolatione Philos. tradit Bertrand. vol. 4. cons. 308. n. 6.* Cujus rei exemplum ex *Par. de Puteo* affert *Purpurat. inter consilia feudalia varior. cons. 53 n 27.* de nobili quodam inculpato de magno crimine, qui cum intravit aulam, statim cecidit in terram, minxit & egestionem emisit, cum tamen repertus fuerit innocens: Et dicit *Lucas de Penna in l. quotiens. C. de dignit.* Pallere, timo

tuba-

tubare & in constanter loqui, in aliquibus contingere ob periculi magnitudinem, vel cordis debilitatem aut pusillanimitatem, allegando ad hoc Ciceronem: Et alios præmeditatos constanter loqui cum tamen sint criminosi.

CAUTELA XXXII.

Ne interroget judex, in tortura de aliis delictis, quorum non extant indicia: est enim de iis facta confessio invalida.

SUMMARIA.

1. Reus in tortura, super aliis delictis quorum non extant indicia, interrogari non potest.
2. Et ejus confessio super istis delictis est invalida.
3. Consuetudo huic contraria, est plane irrationabilis.
4. Hortatio ad judices.

NEmo super aliquo delicto torqueri potest nisi indicia legitima & sufficientia præcedant *l. 1. in pr. ff. d. quæst. l. milites* §. *o-*
1 *portet C. de quæst.* Quæritur jam (*) an reus crimen, cujus extant indicia, confessus, in tortura super aliis, de quibus non sunt indicia interrogari possit: Dicitur quod non. Alioquin enim contra dictas leges injuste torqueretur & interrogaretur, & ejus facta

con

(*)confessio de aliis delictis esset invalida: 2
Constit. Carol. art, 20. vide quæ dixi supra cautela secunda hoc tit. & Mars. cons. 120. n. 36.
Tum etiam, si in tali tortura negaret principale delictum, quod antea erat confessus, vel de eo convictus: præsumeretur judex de eo interrogasse, & hac negatione probationes delicti principalis purgasse reus: vide quæ dixi *cautela 30. hoc tit.* ubi etiam, quomodo ad quæstionem habendam, super novis delictis, quando extant legitima indicia, judex prudenter procedat. Consuetudo(*)quæ huic est contraria, est irratio- 3
nabilis, juriq; adversatur: *Arim. in add. ad Ang. de malef. in tit. quod fama publica prac. n. 120. Mars. pr. crim. §. constante n. 13. & seq.* Nisi forte reus sit diffamatus ut fur magnus, vel latro famosus: Tunc enim, si aliquod furtum vel latrocinium est confessus, vel de eo convictus, de aliis furtis vel latrociniis, quorum non extant indicia, in tormentis interrogari posse tradunt: *Fran. Brun. in tr. d. indic. & tort. vol. 2. fol. 13.* Prosp. *Farin in pr. crim. tit. d. indic. & tort. quæst. 37. n. 163. 171. 167. Ioh. Bonefac. in tract. de furt. §. 2. n. 79.* caveant itaq; (*)judices tyro- 4
nes, ne, ut sæpe ex imperitia potius, quam
ma-

malitiâ accidit, in eo hallucinentur, sed quæstionem habentes â quovis prætextu indagandi in delicta alia vel nova, quorum sufficientia indicia non præcesserunt, abstineant.

Cautela XXXIII.

Reum â tortura liberandi etiam si contra eum extent indicia.

SUMMARIA.

1. Quando reus est utilis reipub. torqueri non potest quamvis legitima contra eum extant indicia.
2. Ratio ejus redditur.
3. Tortura est præparatio ad mortem.
4. Imo ipsa fere morte durior.
5. Multi ultimo supplicio malunt affici, quam torturæ cruciatus sustinere.

1 Quando reus (*) Reipub. est utilis torqueri non potest, quamvis adversus eum legitima præcedant indicia: *Arg. l. ad bestias ff. de poenis. Prosp. Farrinac. lib. I tit. 5. quæst. 4). d. tort & indic. n. 88. & ibi alleg. Dd. Hipp. d. Mars. in l. edictum n. 22 ff. d. quæst. Carer in pr. crim. de tortur.* §. *circa tertium n. 32. pag. mihi* 168. *Cajon. de tormen cap. 10. sub. rubric. quæ personæ torqueri possunt. quæ non n. 4.* Quod pro cautela notandum, & in contingentia facti allegandum: Cujus procul dubio (*) hæc e

2

ide

identitatis ratio: Nam ſicuti quando indicatur judici, condemnatum eſſe alicujus artis perfecte peritum, vel Reipublicæ vel alicui civitati utilem, differtur executio, & Princeps conſulitur pro ut videre eſt in *Cautela 3. tit. d. poen execut. & grat. deiict.* Re poſtea perſpecta etiam plane liberatur condemnatus: Ita quoq; à tortura liberandus reus Reipub. utilis: Cum ea gravior ſit poena quam utriuſq; manus abſciſſio *Hipp. l. Marſ. l. 1. §. preterea n. 8. d. ſicar. & l. divus n. 2. d. quæſt.* (*) Præparatio ad mortem vel civilem vel naturalem *Ant. Fab. in cod. lib. 3. tit. 4. def. 2. in alleg. in fin.* Imo cum (*) corpus ita laceret, ut ipſa fere morte durior ſit *Bald. in l. interpoſitas n. 6. c. d. tranſ. & in l. 1. in fin. C unde vi Weſenb. in parat ff. d. quæſt. n 5.* Quod eorum exempla commonſtrant (*) qui in tortura pereunt, vel innocentes delictum faſſi, ultimo malunt ſuplicio affici, quam tormentorum cruciatus ſuſtinere: Qualia refert *Menoch. libr. 2. d. arb. jud. caſ. 269. & caſ. 270. & caſ. 272. Iul. Clar. in pr. crim. §. fin. quæſt. 64. verſ. ult.* 3 4 5

CAV-

CAUTELA XXXIV.

Contra errorem imperitorum judicum circa probationem famæ, ne faciat indicium ad torturam.

SUMMARIA.

1. Inscitia judicum, circa probationem famæ notatur.
2. Ad probationem famæ requiritur ut sit vehemens.
3. Causa & origo famæ bene attendenda.
4. Famam non facit numerus personarum dee dicentium.
5. Causæ famæ debent esse verisimiles & graves alias non faciunt indicium ad torturam.
6. Fama nisi sit eadem in toto populo, sed dicuntur varia & diversa, nec in civilibus nec criminalibus ullum cõsequitur effectum.
7. Deterior testis reperiri non potest quam fama.
8. Fama levis vel in ullo aliquo labefactata nihil operatur.
9. Famam exacte probare, est difficilium.
10. Fama non probatur nisi per testes omni exceptione majores.
11. Requisita in probatione famæ si non observantur, & reus nihilominus torquetur extorta confessio est nulla.
12. Et judex tenetur de syndicatu.

1 IMperiti sæpe judices (*) quando nac sunt testes aliquot de fama deponente sese ambabus manibus indicium ad tortu ram tenere autumant, ac miserum reu

ad eam ut beluæ abripiunt: Contra tales hæc notanda est cautela: Scilicet, ut (*) 2
prima advertatur, an fama sit vehemens: Qualis nunquam esse potest, cui maligni-tas initium credulitas dedit incrementum: sed quæ â personis honestis & fide dignis ortum traxit: *Const. Crim. Carol. art. 25. §.* Erstlich ob der Verdacht etc. *Boss. d. indic. & consid. ant. tort n. 65. Masc. de prob. vol. concl. 754. n. 7.* Secundo benè (*) atten- 3
datur causa seu origo ipsius famæ, non nu-merus (*) personarum de ea dicentium: 4
Nam si etiam â mille fama sit orta, non u-tiq; est habenda in consideratione, mini-mèq; indicium faciet ad torturam: Quod pulchrè reliquit *Cason. d. indic. & tort. tract. cap. 2. sub rubr. de fama seu dicto gentium:* ubi allegat exempla sanctorum virorum, qui opinione vulgi perierunt & trucidati sunt: Et Christi per voces populi crucifixi: Quod etiam sequitur *Prosp. Farinac. lib. 1. tit. 5. quæst. 47. n. 32. addens n. 33.* Quod causæ famæ (*) debeant esse verisimiles, gra- 5
ves & urgentes, alias non faciunt indiciū ad torturam: *Cravett. cons. 260. n. 7. Et Cason. dict. loc.* Tertio consideretur an fama sit (*) uni formis & eadem in toto populo: 6
Si enim est varia & diversa, & varii varia

 dicunt,

dicunt, nec in civilibus, ne dum in criminalibus consequitur suum effectum: *Farinac dict. loc. n. 163. Brun. de indic. & tort part. 1. quæst. 3. n. 32. in fin. Carer. in pr. crim. d. indic. § secundum indicium n. 13.* quando probantur duæ famæ contrariæ, statur testibus deponentibus de bona fama: *Cravet. cons. 275. n. 12.* Et favore rei, bona fama præ valet malæ *Bos. tract. Crim. tit. de fav. defens. n.*
7 *13.* in super & alias (*) deterior testis reperiri non potest quam fama cujus testimo-
8 nium facile prosternitur: Igitur si non(*) est solida, inconcussa, Crescens: Sed levis, vaga, contraria vel in ullo aliquo labefacta, nihil prorsus operatur: *Bald. Cons. 77. n. 6. lib. 3. Farinac. dict. loc. n. 104. Carer. in pr. crim. de indic. §. secundum indicium n. 13. & 14. Tiraq. de poen. temp. Caus. 26. n. 4. Masc. d. prob. vol. 2. concl. 748. n. 10.* Ex hisce colli-
9 gere est ad probationem famæ (*) multa requiri, earnq; exactè probare esse difficilium: *Iul. Clar. in pr. crim. §. fin. quæst. 6. vers. ult.* Adeo ut dixerit Grammat. *Cons. 42. n. 8. allegatus à Farrinac. dict. loc. n. 207.* quod toto tempore vitæ suæ, nunquam viderit processum, in quo reperirit famam publicam legitimè fuisse probatam: Idem quoque dicit *Iohan. d. Turri inter Cons. crim. di-*

versorum Cons. 81. *n.* 48. Famam quarto non probatur nisi per testes bene moratos & ipsos bonæ famæ non per mul erculas & homines viles. *Bursat. cons.* 35. *n.* 22. *Nat. cons.* 473. *n.* 22. *Mascard. concl.* 749. *n.* 37. Fama porro(*)non probatur nisi per testes 10
omni exceptione majores : Quapropter cauti Advocati respiciũt an hæc quoq; testium qualitas sit articulata & legitimè probata : Sin minus, fama non est probata satis, nec facit indicium ad torturam *Bess tit. inquisit n.* 38 39 40. Nam testes omni exceptione majores ubi requiruntur, debet ita qualitas articulari & probari : Quia cũ ita qualitas non præsumatur nisi probata fuerit nihil relevabunt testes examinati: *Mascard. d. prob. concl.* 1367. *n.* 6. & 7. Similia requisita (quæ huc congerere excedit limites instituti) ad probationem famæ latius deducit *Farinac. sæpe dicto loco n.* 211. & *aliquot seqq.* Hoc autem cauti Advocati etiam attendunt, num scilicet testes super fama deponentes sint interrogati, quid sit fama, quod omnino scire debent: Ac si sunt interrogati, & responderũt, se nescire, nihil probant : quæ est opinio cõmunis *Mars. in l. de mino §. plurimum n.* 104. & *seq.* Vnde

 ad

ad famam recte probandam vix suffici-
unt testes, qui sunt Iurisperiti: veluti dicit
*Julius Clar. in pr. crim. §. fin. quaest. 6. vers. po-
stremo suas* 18. Quae omnia judici rigoroso,
ad torturam festinanter prorumpenti sunt
opponenda: Si autem ille tam sit stupidus
11 & inhumanus justitiae contemptor, (*) ut
nihilominus reum quaestioni subiiciat: Ex-
torta confessio, & quicquid ex ea sequitur,
propter defectum legitimorum indicio-
rum, & torturam injustam, est nullum, ju-
1 dexq; (*) de Syndicatu tenetur: Cujus rei
gratia vide, quae tradidi *in cautela 2. hoc tit.*

Cautela XXXV.

Ad cognoscendam rasuram in crimine falsi.

Rasura chartae, quamvis sit subtiliter ra-
sa, si aliter discerni non possit, ad solem
elevari debet charta, & inter solem & ocu-
los interponi, sic statim apparebit rasura.
Quam suptilem investigationem esse pu-
tat *Muscat. de cognit. seu probat. delict. de fal-
sis n.* 9. sed vulgaris est & simplitioribus nota

Cautela XXXVI.

***Contra communem judicum erro-
rem, ne etiam in iis casibus in quib. de sociis & com-
plicibus interrogare licet, nominatio soc-
criminis contra socium faciat indiciu ad tortura***

SUMMARIA.

1. Reus criminis nominando socium non facit indicium ad torturam.
2. Quando hoc non procedat.
3. Judices circa hoc communiter errant & decipiuntur.
4. Socius nisi deponat interveniente juramento præsente vel citato eo, contra quem deponit, nullum facit indicium ad torturam.
5. Socius proferens aliquid contra alium fungitur vice testis.
6. Item si nominaverit correum, sine torturâ nullum facit indicium.
7. Similiter si quis indebitè est tortus & nominat alium nō facit indicium ad torturam.
8. Confessio ex tortura illegitime adhibita proveniens, nulla est, nec ipsi confitenti, nec aliis nocet.
9. Iudex, si neglectis istis requisitis, â socio delicti nominatum torturæ subiicit, totum processum reddit nullum.

REgulariter(*)reus, criminis nominando socium, non facit indicium ad torturam secundum *l. 1. §. Divus Antoninus l. 16. ff. d. quæst. l. Quoniam liberi C. d. testib.* imo dictum socii ne quidem facit indiciū ad inquisitionem formandam. *Fulgos. cons. 136. & cons. 107.* quem refert & sequitur *Ph. Dec. cons. 189. incip. latatus sum. Hipp. d. Mars. in pr. crim. §. diligenter n. 67.* Secus obtinet (*) in criminibus, in quibus reus de sociis interrogari potest quæ autem ta- 2

 lia

lia sint vide post alios prolixius tractantem *Speckhan: Centur. 3. Class. 2. quæst* 18. observatis tamen quæ præcipit *Const. Carl. crim.*
3 *art.* 31. Circa hoc autem (*) judices admodum, imo totus fere mundus errat, & plures doctissimi in eo decipiuntur, ut dicit *Hippol. de Mars. in pr. crim. § diligenter n.* 62. *& n.* 66. & quod idipsum et fecerit magnum honorem, magnumq; attulerit lucrum, referens ibidem pulchrum exemplum, quod quendam furem, nomine Ludovicum de Parisiis, â morte liberaverat; putant enim, si crimen tale est ut super sociis interrogatio fieri possit, nil obstare quo minus nominatio rei contra socium faciat indicium ad torturam: Contra istiusmodi judices cautela est, ut advertatur ni
4 socius (†) deposuerit interveniente juramento, quod recipi potest ac debet vel ante vel post torturam, præsente vel citato eo, contra quem deposuit: alioquin non facit indicium ad torturā: Quando enim talis
5 socius dicit quippiam contra alium, fungitur vice testis, ac proinde ei sine juramento non adhibenda fides *Hipp. d. Mars. dict. loc. Iul. Clar. pr. crim. §. fin. quæst.* 21. *n.* 10. *& quæst.* 45. *vers.* 13. *Gomez. in tract. var. resol. tom.* 3.

cap

cap.12.n.18.vers.advertendum tamen ad unum: Speckhan.cent.3.class.2.quæst.19.n.12. qua in quæstione latius disserit, pro & contra Dd. quosdam adducit *Boer decis. 319. n. 3. & 4.* Tum etiam, utrum (*) socium nominaverit sine tortura: Cum enim proprio delicto sit contaminatus ac infamis, non debet admitti in testem sine tormentis: Quanquam perinde esse judicet *Iust. Remberg. in tr. d. testib. part. 2.* vel tormentis adhibitis, vel sponte criminosus sit confessus: Ex rationibus legum, quod periculum sit, ne vel inimicum calumniosè iudicet, ut ejus pœna leviorem quodammodo suũ dolorem reddat, vel potentem & gratiosum quendam, propter cujus consortium se elapsurum speret, *l. ult. C. de accusat. l. 1. §. cum quis latrones & seq. ff. de quæst. l. sicuti 4. C. eod. c. 1. juncta ibi gloss. de confess.* Quæ si sunt neglecta, nominatio non facit indicium ad torturam *Ludov. à Peguera decis. 6. n. 34. & seqq. Boer. dict. decis. Iul. Clar. dict. quæst. n. 11.* Item an socius (†) inculpans sit tortus, qui quæstioni subiici non debuit: Si enim is nominat alium, nullum facit indicium

6

7

Bald. in l. fin. C. de accusat. *Carer. in pr. crim. de indic. indicio 8. n. 2. pag. mihi 115. Bart. ad l. 1. §. si servus bona fide & l. maritus in prin. ff. d. quæst. Hipp. d. Marsil. in pr. crim. §.*
8 *Diligenter n. 135.* Imo, quia (*) tortura non est legitime adhibita, integra torti confessio est nulla, nec ipsi confitenti nocitura, nec aliis, etiam præstito juramento. Addo:
9 si hisce (*) non attentis, judex â socio delicti nominatum torturæ applicuerit, & cõfessionem ex eo quoq; extorserit, ipsam, & totum processum esse nullum, secundum ea quæ tradidi *caut. 2. hoc tit.* Et hæc ad defensionem rei bene sunt ñotanda, in quæ plerumq; impingitur. Huc etiam conferunt, quæ deducit *Cothman. vol. 3. Resp. 29. n. 34. & seqq. & n. 162.*

Cautela XXXVII.

Pro excipiente contra socium criminis.

QVi excipit contra socium criminis: Pro eo cautela est, ne dicat: Excipio contra te, quia es socius criminis: Ita enim videtur delictum fateri: Sed dicat: Excipio contra te, quod non potes contra me testificari quia delictum commisisti, vel, quia

te tua confeſſione facis ſocium criminis *Iul. Clar. pr. crim. §. fin. quæſt. 21. vſ. 13. vide & alios allegatos à Carer. in pr. crim. de indic. indicio 8. n. 28. pag. mihi 116. Specul. in tit. de Accuſatore n. 10. Gomez. in tr. variar. reſol. tom. 3. cap. 12. n. 16. Speckhan. cent. 3. claſſ. 2. quæſt. 9. in fin.*

Cautela XXXVIII.

Pro Fiſcali, quando reus qualificate eſt confeſſus.

PRopter ſolam Confeſſionem hanc qualificatam: nego me occidiſſe, & ſi contrarium apparebit dico me feciſſe ad defenſionem neceſſariam, reus non eſt torquendus neq; capitaliter puniendus: quod probavi *cautela 20. hoc tit.* Caveant itaq; fiſcalis & reum fiſcalium fautores, ne in tali caſu urgeant torturam, imperitum vel nimis ſeverum Iudicem in periculum Syndicatus præcipitent, ac inſuper ſuam alioquin fundatam intentionem deſtruant: Namq; ſtante dicta confeſſione qualificata, poterit reus ſtatim extraordinariè puniri: Si autem ea judex non velit eſſe contentus, ad quæſtionem reum abripiat, & is ſit fortis ſuſtinendo illam & in confeſſio-

ne qualificata perseverando, debebit in totum absolvi: *Fulv. Pacian. conf.* 158. *n.* 15.

CAUTELA XXXIX.

Pro reo contra accusatorem.

SVMMARIA.

1. Testis vnicus ut faciat indicium ad torturam sit omni exceptione major.
2. Quæ qualitas si ab accusatore non est probata, succumbit.

1 VNicus testis ad faciendum saltem indicium debet esse omni exceptione major, id est, contra quem nihil opponi possit: *Iul. Clar. in pr. crim.* §. *fin. quæst.* 2 *vers.* 2. quæ est opinio communis: *Rol. cons.* 3. *n.* 38 *cons.* 37 *n.* 9. *Cravet. cons.* 9. *n.* 11. Ex quo pro reo existit cautela, ut nimirum videat, num accusator articulaverit & probaverit talem testem esse omni exceptione majorem: Si enim ab eo hæc qualitas nec articulata, nec probata sit, testis ille unicus plane nihil probat. *Rol. cons.* 50. *n.* 17. *lib.* 2. *Mascard. de probat. concl.* 1367. *n.* 6. & 7. Vbi addit: quia cum ista qualitas non præsumatur, nisi probata fuerit, nihil relevabunt testes.

Cautela XL.

Pro judice ne utatur instrumentis insolitis, vel non consueto genere tormentorũ. Et pro Advocato, ad rei liberationem quando judex fecit contrarium.

SUMMARIA.

1. Modum excedens in torquendo judex tenetur de Syndicatu.
2. Cautela pro securitate judicis.
3. Iudices tantæ impietatis existunt, qui nova & crudelissima genera tormentorũ excogitant.
4. Vnde sæpe vitam reis adimunt vel membra mutilant.
5. Iudicum ejusmodi epitheta & encomia.
6. Iudex à tanta immanitate cautè abstinet, & consueta tormenta imponit, ut evitet pœnam Syndicatus. (excusat imperitia.
7. Iudicem novo genere torquendi utentem non
8. Dolosè torquens judex morte secuta, punitur capitaliter. (quare.
9. Ne recedat judex à ministris torquentibus, &
10. Excessum non intervenisse probet judex per inspectionem & relationem medicorum.
11. Novis tormẽtis utens præsumitur esse in dolo
12. Eiusq; tortura est injusta.
13. Confessio & quicquid ex illa sequitur propterea nullum.

Quam sit res fragilis & multũ periculosa reorũ quæstio, sat hactenus est inculcatum: Quapropter inter alia in eo quoq; cautum oportet esse judicem, ne in torquendo modum consuetum excedat, (*) alioquin 1 tenetur de Syndicatu: *Bart. in l. quæstionu*

modum n.3.ff.d.quaest.Mars.in pr.crim.§.*ex*
*pedita n.89.in fin.Iul.*C*lar.in pr. crim.*§.*fi*
2 *quaest.64.n.37.*Idcirco (*)hæc cautela, pr
securitate judicis, communiter observatu
ut nimirum ille curet per Notarium scri
ad acta, torturæ qualitatem, quantitatem
alia particularia: Quam vide traditam s
3 pra in *caut.25. hoc tit.* (*) Existunt nihil
minus quidam judices tantæ inhumanit
tis, impietatis & nescio cujus, affectatæ v
næ gloriæ, qui consuetum non solum to
quendi modum excedunt, sed etiam no
tormentorum genera, eaq; crudelissim
excogitant, qualia legi possunt apud *Dam*
in pr.crim.cap.37.n.38.& seqq. Brun. in
d.indic.& tort.quaest.2.part.2.n.6. Grill
in tr d. quaest.vers secundo quaero : Et vers
quarto nunc videndum: Cothom.*vol.3.Re*
*29 n.228.& aliquot seqq.*De quibus testim
nium ipsius torti usq; validum, donec pr
betur falsum. *Cothom.ibid.239.* iisq; co
fessionem á misellis reis, qui propter vi
tanti cruciatus quicquid sæpe falsissimi c
4 fantur, extorquent :(†)Exinde sæpe vita
adimunt: vel membrum mutilant, ut pe
petuo sint inutiles, ut dicit *Gomez. tom.*
resolut.cap.13.d.tortur.reor.n.5.in fin. & e

perie

rientia teste, quando condemnati ad
pplicium ducuntur, ita sunt sæpe lacera-
ut vix pedibus consistere, nec incedere
ssint, vixq; sint apti ad supplicium susti-
ndum. (*) Tales judices comparantur 5
rnificibus, *Iul. Clar. dict. loc. n. 36.* vocan-
r ab *Heringio tr. d. fidejuss. cap. 10. n. 433.*
vati, stupidi, bibuli, ne micam in se eru-
tionis habentes: *Ab Hipp. d. Mars. in pr.*
im. §. expedita. n. 86. iniquissimi & sce-
stissimi, qui à fece levati omni scientia,
tute & ratione naturali carent: *Eman.*
arez. in annot. ad Gomez. dict. loc. acerbè
d non immerito invehitur in eos, cujus
rba huc ad scribere libuit sequentia: Vix
quam certè satis pro dignitate repre-
ndi, atq; etiam diris devoderi judices il-
poterũt, qui vel nova & in solẽtia quæsti-
um seu tormentorum genera commissis-
ntur, vel diutius acriusq; accusatos reos
meritis vexant, quam jus fasq; discertè
poscit: Ecquid enim crudelius, atrotius
ab omni jure & ratione magis alienum,
am sub veritatis cruendæ prætextu mi-
os homines novis, & horrendis modis
aniare, & ad, quæ nunquam patrarunt
nquam dixerunt, nunquam vel cogi-

tatio-

tatione ipsa comprehenderunt confitend**a** adigere vel perducere? Quis enim non potius semel, atq; uno veluti temporis atom o, vitæ finē quocunq; modo imponere, & e- rialem horū verius laniorum, quam judicū tyrannidem effugere, quam se sub mille mortibus vivum discerpi eligat? Arbitror enim & id genus judices (si tam præstabile, & tā divinum exaggeratæ dignitatis nomē efferis, ijs hominum umbris, nec enim vel homines dici, duciq; debēt, attribui potest) tum falsi, tum homicidii criminibus frequentissimè obnoxios fieri, dum falsa pro veris enunciari cruciatibus cogunt, & vel innocentes reos, vel innocentium loco habendos injustissimè trucidant, nec illis profectò aliam poenam imponendā existimo, quā illam, quam Perillo horum planè simili Phalarides hac in re justissimus imposuisse fertur: *Hactenus Soarez.* (*) A tanta itaq; immanitate prudenter & cautè judex abstineat, nec insolita & inconsueta tormenta imponat, sed illa quæ inusu sunt & practica observat: *Gomez. dict. loc. Iul. Clar. dict. quæst. n. 36. 37.* eaq; cū temperamento moderatæ rationis, ut reus salvus innocētiæ & supplicio remaneat *l. quæstionis modum ff. d* [...]
quæst.

6

quæst. l. de minore §. tormenta ff. eod. Quapropter ei utilis est *cautela supra allegata 2. c. poenit.* maximè si in tortura vel propter eam decessit tortus: Quam omnino judex observabit, atq; sibi cavebit à periculo Syndicatus & gravi pœna, (*) à qua cum non 7
excusabit imperitia, quæ in judice magna est culpa quamvis propter hanc teneatur solummodo pœna arbitraria; *Gomez. dict. c. n. 6.* & pro modo culpæ *Menoch. d. arb. jud. quæst. lib. 2. cas. 340. n. 8. Boss. in pract. crim. tit. de tortur. n. 32.* si autem (*) dolo- 8
torsit, & mors secuta est, capitaliter punitur: *Gomez. d. loc. n. 6. Menoch. dict. cas.* ubi etiam de arbitraria pœna propter læsionem corporis & pro ratione diversarum circumstantiarum. In eo quoq; sit cautus judex (*) ne recedat à ministris 9
torquentibus, ut prohibeat si forte illi limites egreditentent: Nam etiamsi & ipsi, ubi extra jussum torquent, teneantur: Attamen cum judex semper adesse debeat, dum reus subest quæstioni, præsumuntur ejus mandato & authoritate modum excessisse *Menoch. dict. cas. n. 13.* Et si contingat casu tortum vita decedere, vel sua culpa, spretis medicamentis, utile

utile fit judici ut probet excessum non in-
10 tervenisse(*) per inspectionem & relatio-
nem medicorum, qui inspecto cadavere, il-
lius signa & livores indicent, & referant an
ex tormentis perierit, an minus. Nemin-
porro, qui judicis officium gerat, tam im-
peritum & ignorantem arbitror, nisi plan-
hoc officio sit indignus, quin sciat ab inusi-
tato, novo & tyrannico tormentorum ge-
11 nere esse abstinendum: (*) Adeo, ut si e-
utatur, in dolo esse præsumatur, de quo cō-
stat ex evidentibus coniecturis. *Menoch.*
dict. cas. n. 13. in fin. Verum quicquid sit, siv-
12 (*) judex dolosè sive culposè inusitata &
plusquam crudelia tormenta adhibuerit
tortura extra dubium est injusta ut patebi-
ex deductis, & aliis *Dd.* qui novos torquen-
di modos improbant, permultis: Vnde hæ-
oritur cautela pro reo torto eiusq; Advo-
cato, si forte ille vi eiusmodi novorum tor-
mentorum delictum est fassus, ut dicat &
scribat confessionem esse nullam, & quic-
13 quid inde est secutum: (*) Quicquid enim
ex tortura illegitimè & injustè adhibita se-
quitur, est nullum: Veluti post alios ele-
ganter disserit & concludit *Casonus in tr.*
torment. cap. 4. Quem sequitur & ejusdem
sen-

sententiæ catalogum *Dd.* ex præcipuis apponit. *Gomez. in resol. tom. 3. de delict. cap. 13. n. 25.* ubi post quasdam speciales illationes, generaliter infert: Quod si ex qualibet etiam causa reus injustè torqueatur, semper confessio ejus etiam ratificata erit nulla: Ibidemq; contrariam opinionem refellit: Ad pleniorem hujus cautelæ extensionem legatur *cautela 2. hoc tit.*

CAUTELA XLI.

Ad excusandum officialem vel eius superiorem qui sine sufficientibus indiciis reum quæstioni subiecit vel modum in torquendo excessit ne teneatur de Syndicatu.

SUMMARIA.

Officiales sine indiciis torquentes vel modum excedentes tenentur de Syndicatu.
Quomodo hoc possit evitari.
Vbi conveniatur officialis post tempus Syndicatus.
Quomodo se gerere debeat officialis vel eius superior quando nemo contra eum tempore Syndicatus comparet.

PRætorum vel aliorum Rectorum provinciæ vel civitatis officiales, interdum rerum criminalium & jurium imperi- non præcedentibus legitimis indiciis iis non legitime probatis, vel aliis requisitis non recte observatis, reum torturæ

subiiciunt vel modum in torquendo exce-
1 dunt,& propterea (*) conveniuntur super
Syndicatu: Quid cautelæ est ut ipsi non te-
2 neantur? Officialis(†)probet se ex jussu su-
perioris reum torsisse,sic enim erit excusa-
tus *l. ad ea ff. d. reg. iur. l. is qui puteum* §. *qui tutoris, cum gloss. ff. quod vi aut clam l. furti* §. *qui iussa l. liberorum* § *fin. ff. d. his qui not. infam. cap. Quod quis mandato & ibi Dyn. de reg. iur. in sexto.* Sic autem tenebitur ipse Prætor vel superior mandans. Cautus itaq; & ipse sit ut oblato libello contra suum officialem & elapso tempore Syndicatus addandumq; libellum contra se curet probari, officialem quæstioni supposuisse reum suo mandato, vel Prætor confiteatur idipsum. Sic uterq; erit securus: Officialis quia fecit mandato superioris, superior quia ipsius tempus syndicatus effluxit: Quamvis
3 (*) autem non possit conveniri in loco officii: post tempus Syndicatus,tamen in patria vel loco domicilij poterit perpetuo conveniri, *ut est gloss. singul. in l. 1. ff. ad l. Iul. repet. Angl. in l. iubemus C. eod. nisi forte in* Syndicatu fuisset absolutus, tunc enim opponi posset exceptio rei judicatæ: Propter

re

rea(*) iterum sit cautus superior vel eius officialis, si tempore Syndicatus nemo contra eum comparet, ut petat & curet pronunciari, quod officium bene gesserit & de futuro non amplius sit conveniendus. Quod monitum est de tortura, idem quoq; obtinet in aliis ad officium Prætoris vel Officialis spectantibus. Hanc cautelam tradit *Cæpoll. caut. 214.* 4

TITULUS QVINTUS.

De Pœnarum execu= tione & gratia delicti.

Cautela I.

Vt capitaliter delinquens evadat pœnam mortis.

SVMMARIA.

1. Filius delinquens oblatus judici á patre mitius est puniendus,
2. Idem obtinet si pater delinquens á filio offeratur.
3. Etiam in crimine læsæ Maiestatis.
4. Quod hodie judices non observant.
5. Practicari tamen potest ubi nulla alia est spes evadendi.

1 SI filius delictum ultimo supplicio dignū commiserit, curet ne per lictores aut alios sed per patrem] ad judicem ducatur, & eidem vel superiori offeratur, sic mitius & pœna mortis non est afficiendus, *secundum text. l. milites agrum §. desertorem ff. d. re militari:*
2 Quod etiam (*) obtinet si pater delinquens á filio præsentatur: *Gothofr. in not.* a

not. ad dict. text. Cravet. cons. 309 n. 3. Tiraq. de pœnis legum caus. 18. Cæp. caut. 2. Menoch. de arbit. jud. quæst. Cas. 347. qui pluribus exemplis observatæ praxeos & authoritatibus id ipsum comprobant: Quæ autem pœna hoc casu sit indicenda *Menoch. ibid.* arbitrio judicis relinquit: Verum hanc
cautelam, quamvis etiam (*) in crimine 3
læsæ Majestatis procedere asseratur, pericu-
losam esse existimaverim, cum hodie (*) 4
judices eam non observent, ut scribit *Iul. Clar. lib. 5. sent. § fin. quæst. 60. vers.* solent e-
tiam: Attamen (*) quando facinorosus alias 5
nullam effugiendi viam aggredi potest, vel cum majori periculo evasurus est, tentare licet, abundans enim cautela non nocet, atq; æquum judicem expresso juris textu tot authoritatibus non immerito motũ iri arbitror.

Cautela II.

Ut ad mortem condemnatus liberetur.

SUMMARIA.

1. Damnatus ad supplicium qui Cardinali redditur obviam, liberatur,
2. Nisi commiserit crimen falsi.
3. Hic mos liberandi rarus est, & in terris Imperii planè inusitatus.

 Ad

1 AD locum supplicii quando condemnatus ducitur (*) procuretur per ejus amicos, ut illud fiat, unde transitus est alicujus Cardinalis, hic enim si redditur obviã, criminosus condemnatus liberabitur: Hoc privilegio fruuntur Cardinales, ut sibi obviantes ad mortem condemnatos liberare possint: *Bald. in l. addictos C. de appellat. Jul. Clar. in pract. crim.* § *fin quæst. 98. vs. ulterius quæro. 5. & ibidem relati Dd. Cæp. caut. 2.* ubi etiã mentionem facit solennitatis hoc modo liberandi *Tiraq. d. pœn leg. caus. 55.* qui autem propter commissum crimen
2 (*) falsi ad mortem condemnatus est, ut fieri potest *secundum l. 1. § fin. ad l. Corn. de fals.* §. item lex Cornelia Inst. de pub. jud. hujus beneficii non est particeps *l. Lucius 17. ad Turpil. Muscatell. in pract. crim. de cognit. delict. de Falsis n. 27.* Præterea hic mos est
3 (*) quam rarissimus, & in terris Imperii plane inusitatus.

CAUTELA III.

Ad liberandum aliquem vel pœnam saltem minuendam & differendam executionem.

SUMMARIA.

1. Artis peritus si est damnatus, vel magni roboris

ris, vel utilis reipub. executi debet differri.

2. Nisi oriatur tumultus, vel plectendus sit publicus latro.
3. Si damnatus est egregius miles executio est differenda.
4. Merito de Principe vel Repub. interdum pœna remittitur vel minuitur.
5. Si delictum est antiquum pœna minuitur.
6. Clericus à judice laico non puniendus, sed praxis est in contrarium.
7. Delinquens Iudæus si baptizatur â pœnâ liberatur: sed contrarium recte servat consuetudo.

SI quis ex populo indicet, condemnatum esse (*) alicuius artis perfectè peritũ vel 1
magni roboris, vel etiam Reipublicæ sive alicui civitati admodum utilem, judex debet executionem supplicii differre, & Principem consulere, *per l. Ad bestias ff. d. poen. & ibi Dd. Gomez. tom. 3. resolut. cap. 13. d. tort. reor. n. 36.* Nisi forte (*) tumultus pro- 2
pter suspensam executionem oriatur, vel plectendus sit publicus latro, quia tunc potest fieri executio, *l. si quis filio exhæredato* §. *3. &* §. *hi autem omnes de iniust. testam.* Vel
si (*) quis dicat condemnatum esse egre- 3
gium militem (quæ cautela, quomodo hodie à militibus in pessimum detorqueatur abusum narrare periculosum est, attamen

toti fermè mundo constat) *gloss. in l. & si severior, in verb. certis rationibus C. ex quib. caus. in fam. irrog. Didae. Covar. lib. 3. resolut. cap. 9. n. 6. Iul. Clar. pract. crim. lib. 5. §. fin. quaest. 60. n. 25. & 26.* ubi in eandem sententiam plures allegantur, & exemplum *à Paris. de Put.* practicatum ut & Dyni adducuntur, qui à poena liberaverat insignem aliquem fabrum, cui manus erat amputanda.

4 Vtilis quoq; (*) est probatio meritorum in Principem vel Rempublicam collatorum. Nam quandoq; remittitur poena ei, qui multum servivit Principi: *Gloss. in §. plen. in verb. obmeritum instit. d. jur. Nat. Gent. & Civ. Iul. Clar. dict. loc. n. 27.* Alia quoq; non parum conducentia copiosè recenset *Tiraq. in tract. d poenis.* Princeps itaq; vel Respublica superiorem non recognoscens re perspecta & pro evidenti Reipub. utilitate, potest poenam remittere, vel arbitrariè minuere *Gomez. tom. 3. resol. cap. 13. n. 36.* Quod verum putarim, nisi crimen sit enormissimum *vide caut. 6. supr. d. inqu. & accus.* Tunc enim maximè utile erit Reipub. ut malum de medio tollatur: Potest etiam reus allegare quod delictum sit (*) an-

5 tiquum, scilicet commissum ante decem

an-

annos, isto enim casu non debet pœna mortis affici, sed mitiori per *text. in l. si diuino ff. d. pœn & Dd. ad istam legem communiter Iul. Clar. pract. crim. lib. 5 §. fin. quæst. 60. n. 32.* restringit illud ad leviora, allegans exemplum furis absoluti: Id quod etiam obtinere putat in illis qui propter contumaciam sunt condemnati. Laicus delinquens fiat (*) Clericus, sic à judice seculari 6
puniri non potest *Cæp. caut. 2. n. 8.* qui tamen ibidem quosdam in contrarium & contraria exempla allegat. *Ferrat. caut. 23.* quæ cautela non est tuta, judices enim nostri temporis servant contrarium *dicit Ias. l. cum quadam puella ff. d. iurisdict.* Si (*) Iu- 7
dæus est, baptizetur & fiat Christianus, tunc enim secundum multos quos allegat *Ferrat. caut. 24. n. 4.* non solum à pœnâ spirituali quoad Deum, sed etiam à corporali quoad mundum liberatur, quod propter multas rationes (quas operose deducere non est mei instituti) verum non esse puto, praxis est quoq; in contrarium & communis opinio. *Iohan. de Ana. in c. d. hic. de accusat.*

CAUTELA IV.

Ad differendam executionem.

SUMMARIA.

1. Executio non debet differri, etiamsi damnatu dicat se revelaturum quicquam Princip eius personam concernens.
2. Damnatus si accusetur de majori crimin executio est differenda.
3. Executio modicè differenda, si damnatus a reddendas rationes alicui est obligatus.
4. Ab executione triginta dies debet judex ab stinere, si Princeps mandet aliquem puni ri pœnâ, præter solitum severiori.
5. Melius est pro veritate pati supplicium, qua pro adulatione beneficium.
6. Principaliores Civitatis sive consiliarii no possunt puniri pœna mortis, nisi ob m tum tumultus.

1 EXecutio (*) in criminalibus non deb differri *l. cum reis C. d. poen.* & alibi pa sim, etiamsi condemnatus asserat, se hab re aliquid revelandum Principi eius pers nam concernens, statum & salutem: *tex est in l. si quis forte ff. d. poen. & ibi Bart. Dd. Gomez. in tom. 3. resol. cap. 13. n. 35.* (Cu quod obiter infero, ibidem in annotati nibus Eman. Soar. est contrarius, & mon judices, ut in ejusmodi casibus cautè se gerant, & operam obnixe dent, num p

ſint aliquid veritatis expiſcari: Nam pro conditione perſonarum hujuſmodi allegationes & promiſſiones non eſſe ſusq; deq; habendas) Sunt tamen cautelæ, ut nimirum Condemnati, ſi volunt(*) executionem differre, forte ad impetrandam gratiam & veniam delicti, curent ut de graviori crimine accuſentur, ex quo gravior pœna venit infligenda *l. unic. §. fin. nih. innovand. appellat. int. Bart. ad iſtum textum & in l. 2. §. fin. ff. d. cuſt. Reor. Lud. Rom. in ſingular. 566.* Quæ autem cautela quam ſit periculoſa operæ pretium non eſt, ſi nimirum(*) quis dicat judici, Condemnatum eſſe ſibi obligatum ad reddendas rationes ex cauſa geſti officii, mercaturæ aut alia, petat & proteſtetur, ne de medio tollatur, antequam eas certo termino ad hoc præfixo, reddiderit: Hoc enim caſu omnino debet ſuſpendi executio, ſecundum *l. 1. C. d. bon. proſcript. & ibid. Ang. Ludov. d. Pigueta decis. 22. Ant. Gomez. tom. 3. cap. 13. d. tort. reor. n. 36.* Quod tamen intellige de dilatione modica, & quando brevi temporis ſpacio rationes reddi poſſunt, Alias ſecus obtinet, nec differenda eſt executio favo-

favore Reipub, *arg. l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. l. Provinciarum præsides C. d feriis Bart. in l. 2. §. 1. n. 4 ff. d. cust. reor. Ant. Gomez*
4 *dict. loc.* Item si Princeps (*) mandet judici ut puniat non puniendum, vel præter solitam pœnâ severiori: Tunc enim in continenti non debet exequi judex, sed ab executione triginta dies abstinere, eamq; duritiam differre, & omni honesto modo resistere *per l. si vindicari* C. *de pæn. & ibi Angel.* Quam divinam prope constitutionem *D. Ambrosio suasore promulgavit Theodosius Imperator Gram. vot. 31. Cagnol. l quicquid calore n. 19. de reg. Iur. Cravet. cons. 319. Menoch. d. arbit. iud. lib. 2. cas. 334. n. 6. Nevisan. in syl. nupt. lib. 6. n. 49. Cæp. caut. 2 n. 5.* Me-
5 lius (*) est enim pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium. Princeps quidem carcerem, sed Deus Gehennam minatur.

6 Decuriones (*) civitatis, sive consiliarii sive principaliores de civitate vel alii in dignitate constituti non possunt condemnari ad mortem, nisi prius Præses vel Prætor rescribat Principi *per text. in l. Divi fratres §. 1. ff. d poen. l. 2 §. 1. ff. d bon. eor. qui si mort. Consci. l. 1. § simili modo quand. appella*

res

esse: l. si quis filio exhaeredato §. ejus ff. d. iniust. testam. l. qui caedem. ff. ad leg. Corn. de sicar. Nisi aliter tumultus in populo sedari non possit *d. l. qui caedem Gomez. tom. 3 resol. cap. 3. n. 39. in fin.*

Cautela V.

Ut alicui mitior im ponatur poena.

SUMMARIA.

1. Delinquens mitoiri poenâ punitus, ab alio judice puniri non debet.
2. Quod obtinet, nisi ita sit procuratum.
3. Mandatum in atrocioribus delinqnentem non excusat.
4. Propter Mãdatum Tyranni poena mitigatur.
5. Mandatum Tyranni delinquentem in foro conscientiae non excusat,

Efficiatur ut Criminosus (*) pluribus legibus & diversis poenis obnoxius, â judice favorabili mitiori poena puniatur, sic alibi graviorem dare non debet *l. qui de crimine C. d. accusat. & ad istam legem Ang. & Salyc.* Quae autem cautela (*) nihil patrocinatur, si ipse delinquens ita procurasset, ut majorem poenam, quam ab alio judice metuit, evitaret. Alia est quoq; cautela: in atrocioribus delictis (*) mandatum non excusat, si tamen jussu alicuius (*) Tyranni vel Domini sui ex ejus adhortatione & metu

metu quis aliquem interfecerit morti naturali non traditur, sed civili & extraordinarie plectendus est *l. Servos C. ad l. Iul. de vi pub. & priv. l. Gracchus C d. adult. Bart. & Salyc. ad dict. l. Servos*: Id quod etiam obtinere dicunt, si homicidium fiat ad preces Principis vel Tiranni, sunt enim secundum proverbium preces armatæ, & putant hoc probari *l. 1. ff. quod jussu & ibi gl. Menoch. de arbit. iud. quæst. cas. 354. n. 14. Tiraq. tract. de poen. leg. caus. 35. Afflict. decis. 69. n 5.* Quan-
5 quam autem tales mandatarii in (*) foro seculari ab ordinaria pœna subleventur, & quodammodo excusentur, non tamen e-runt exculpari Coram Deo, & in eius extremo judicio, omnia enim mala potius imo mors ipsa sustinenda quam malo consentiendum: Nec in foro Ecclesiastico *Anton. Corset. Singul. 173. ut verb. metus.*

Cautela VI.

Pro judice, ut videat ne criminosum confessum vel convictum consanguinei vel amici ad carceres accedentes veneno interimant, vel ne ipse sibi manum inferat, atque ita executioni eximatur.

SUMMARIA.

. Rei ita sunt in carceribus custodiendi ne de elabendo consultare possint.
. Ad reos nunc confessos vel convictos facilior plerumq; patet aditus.
. Quod non est extra periculum, præsertim si delinquens est de egregia familiâ.
. Quare nobiles facinorosos sanguine junctos ante pœnam publicam conentur de medio tollere.
. Violatores carcerum qua pœnâ puniendi.
. Exemplum ex Menoch. quo frater fratrem ultimo supplicio afficiendum in carcere veneno necavit.
. Hæc & similia diligenter judici præcavenda.
. Delicta morte extinguuntur.
. An judex in cadaver exequi possit.

REos ita (*) in carceribus esse custodi- 1
endos & separandos, ne ad delicta vel
eganda vel pallianda instrui, vel de ela-
endo consultare possint, *videre est ex cau-
la II. supr. de capt. & carc.* Postquam autē 2
el sunt confessi vel convicti, ita ut prope-
em lata sententiâ condemnatoria suppli-
o sint afficiendi, facilior plerumq; patet
itus ad carceres, etiam sanguinis necessi-
dine junctis. Verum (*) caveat judex, 3
ia nec tunc res erit extra periculum,
æsertim si crimen sit atrox, & consangui-
i sint nobiles vel egregiæ familiæ: Qui * 4
terdū conātur facinorosos occulto vene
de medio tollere, ut evitēt pœnā ignominiosā
publi-

publice inferendam, non timentes periculum quod ob id violent(*) carceres, & ea-
5 dem pœnâ sint puniendi *ut scribit Hippol. d. Marſ. ſing. 150. n. 3. & ſentiunt Ioan. de Arnon. epitom. 60. Petr. Placa l. 1.* Epitom. *delict. cap. 23. num. 12. verſ. illud profecto.* Imo *ex Baldo in l. libertas ff. de ſtatu homin.* refert *Iacob. Boulenc. in l. capitalium §. famoſos n. 123. ff. de pœn.* quod ſi parentes incarcerati, qui mori debet, eum veneno interficiant, ne vituperentur, debeant puniri tanquam parricidæ: *vbi plura vide:* Memo-
6 rabile refert exemplum *Menoch. de arb. iud. lib. 2. caſ. 285. n. 6.* Ob grave (*) crimen erat quis laqueo ſuſpendendus, quod ægre admodum ferens ipſius frater, exoptabat maleficum fratrem veneno necare, ſed diligens adhibita cuſtodia impediebat (nec enim permittebant cuſtodes aliunde ei cibum vel potum deferri) impetravit tandem hic frater pridie, quam maleficus frater laqueo eſſet ſuſpendendus, ut eum alloqui & deoſculari ſaltem poſſet. Cum itaq; eum allocutus eſſet, & deoſculari fingeret, ore illi obtulit pillulam peſſimi veneni, quam maleficus ore excepit, intelligens quid eſſet, & dentibus fractam demiſit, noctemq;

ſub

subsequenti vitam finivit. Caveat itaq; ju-
dex (*) ne hoc modo vel simili necentur 7
facinorosi, & condigno supplicio publico
eximantur, inprimis si delicta eorum sunt
atrocia, notoria & toti populo scandulosa.
Et curet, ne forte illis instrumenta vel li-
gamina, quibus sibi vim inferre possint, re-
linquantur. Quanquam (*) autem delicta 8
& eorum pœnæ morte extinguantur: *l. de-
functo ff. d. pub. jud. Menoch. dict. cas. ab init.
Iul. Clar. in pr. crim. §. fin. quæst. 51. vers. 12.
vero nunc. & vers. 15.* sed hic incidenter.
Attamen (*) nihilominus judex maleficos 9
a vitâ defunctos laqueo suspendi, vel a-
liis ignominiis affici jubere potest secun-
dum praxin communem. *Bald. in l. 2. n. 2.
C. qui testam. fac. poss. Immol. in l. Raynutius
n. 144. de testam. Cagnol. in l. pupillum qui §.
in heredes n. 2. ff. d. reg. iur. Immol. in l. de-
functo ff. d. pub. iud. n. 1. & in l. 1. §. quoties ff.
iniur. Ant. Gomez. cap. 1. delictor. n. 79. Iul.
Clar. & Menoch. in allegatis locis.*

CAUTELA VII.

Alia ad differendam executionem, & gratiam delicti impetrandam.

SUMMARIA.

Metuens accusari alium accuset.

2. Executio in damnatum, qui alium accusavit, suspenditur, donec ipsius accusatio perficiatur.
3. Principis lætitia vel festivitatis publica prodest ad reos liberandos.
4. Qui tunc temporis delicta remittere potest, & quæ
5. Homicidæ gratiam faciens, secundi homicidii reus censetur.
6. Gratiam delicti impetrat, qui uxorem ducit meretricem è lupanari.
7. Contrarium est verum, propter rationes annexas.
8. Propter flagitia publicè damnatus plerumq; epuduit.
9. Sanctior res est matrimonium, quam ut causam ex impunitate delicti trahere debeat.
10. Damnatus ad capitale supplicium non liberatur à puella cum in matrimonium petente.
11. Delicta non debent manere impunita.
12. Laqueo rupto in actu supplicii liberatur damnatus, vel saltem executio differtur.
13. Contrarium rectè approbatur propter rationes annexas.
14. Condemnatio exequenda est juxta formam sententiæ.
15. Quomodo sententiam definitivam ad mortem judex rectè pronunciet.
16. Per pœnam capitis pœna mortis naturalis non intelligitur.
17. Triplex est pœna capitalis.
18. Rupto laqueo suspendendus nihilominus strangulari debet.
19. Improbatur ridicula opinio contraria Gomez. ruptionem laquei miraculum esse asserentis.

20. Alia

10. Alia ratio est eorum, quos Deus in afflictione Tyrannica servat incolumes, & alia eius, qui illæsus fracto laqueo in terra dec dit.
11. Si ruptio laquei pro miraculo esset habenda frequentiora erunt similia miracula & unde.

PRo eo qui(*)metuit, se brevi accusatum & condemnatum iri, cautela est ut aliū quempiam accuset: Si enim postea(*)con- 1
demnetur, executio suspenditur donec cō- 2
tra istum accusationem propositam perficiat & ad finem perducat *text. in l. si quis reus ff d. pub. ind. & ibi Bart. Imol. Angel. & alii Dd. Gomez. tom. 3. resol. cap. 13. n. 37. in fin. vide etiam Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 14. vers. quintus est casus 15. & quæst. 97. vs est etiam 2.* Quæ tamen cautela quam raro sit practicabilis, & tuta expedentem non latebit. Ad (*) reos liberandos interdū 3
prodesse potest imminēs magna aliqua festivitas sivè lætitia Principis publica, forte propter victoriam, nativitatem filii vel simile quid: Quapropter prospiciatur eo tempore, ut quispiam â Principe amatus eum penes intercedat ac veniam delictorum impetret: Tunc enim temporis (*) 4
Princeps illæsa conscientiâ remittere potest *C. d. gener. abolit. l. 1. §. 10. ff. d. postulando. l. generalis C. d. sent. pass.* nisi sint atroci-

 cora

ora quæ communis etiam gentium ratio morte mulctari statuit, ad quæ sunt recensenda homicidia dolosa, vel commissa ex proposito *Num. pen. cap: l. 3. c. d. Episc. aud. Io. Balt. Post. in cons. crim. varior. 73. n. 46. & seqq. vol. 2 Farinac. lib 1 quæst. 6. n. 15. & seqq.* vel ad sit pars accusans disentiens *Farin. d. loc. n. 18. & seqq.* vel remissio tendat in grave Reipub. detrimentum *Ant. Gomez. tom. 3. resolut. cap. 13. n. 38.* Huc repete etiam *cautelam. 4. supra. tit. d. cap. & carc.* Ne forte Principi idem accidat, quod
5 de Rege Galliarum fertur, qui cum (*) rogaretur, ut pœnæ gratiam faceret homicidæ, & responsum daret, se antea semel gratiam, eiusdem pœnæ fecisse eidem â quodam homine simpliciori admonitus dicitur, posterius delictum perinde habēdum, ac si ab ipso rege fuisset commissum: Nam si statim justitiam administrasset, homicidæ porro peccandi facultatem præclusisset: Interdum & olitor est oportuna locutus. Aliam cautelam ad delicti gratiam impetrandam adducit *Gomez. tom. 3. resolut.*
6 *cap. 13. n. 37. prope fin.* Vt nimirum (*) condemnatus aliquam meretricem ê lupanari uxorem ducat: Quia per hoc videtur ei remit-

mittenda pœna, cum exerceat actum maximæ charitatis, qui prodest in remissionē peccatorum *tex. in cap. inter opera de Sponſ. & matr. porro dicit Gomez.* & per iſtum textum aliquando ita fuit practicatum in noſtro regno, ut dicit & refert *Par. de Put. in tract. Syndic. in parte, an ſi judex, fol.* 116. & quæſivi à peritis judicibus, qui idem mihi dixerunt. Hanc etiam approbat *Emman. Soarez. in annotat. ibid. ad Gomez.* Plures de conſuetudine atteſtantes refert *Iul. Clar.* §. *fin. quæſt. 98. vſ. 6.* Quam tamen turpem corruptelam, bonis rationibus deſtitutam 7
recte improbat Gomez ratiunculam ex allegato textu refellens *ibid. ut & Tiraq. de pœn. cauſ. 56. in fin.* Cum tendat in grave præjudicium Reipub. Et viles ribaldi ac infames quotidie delinquerent ſperantes veniam meritrices uxores ducendo. Inſuper matrimonia debent eſſe libera, qualia non ſunt ſpe evaſionis ultimi ſupplicii coacta. Quid ſi condemnato honeſtas civilis tantillum cordi ſit, vel ex conſpicua familiâ ſit, quis crediderit eum eiuſmodi uxorem perpetuam ignominiæ memoriam, domi ſuæ retenturum, nec brevi poſt liberationē aliquo prætextu repulſurum vel deſerturum?

rum?

8 rum? Vel quid si condemnatus (*) epu-
duerit & callo frontem obduxerit, ut so-
lent illi qui semel limites ita sunt trans-
gressi, ut flagitiorum publicè sint damnati?
Numne de eo spes erit ad frugem redeun-
di, meretricem convertendi & cum ea
tranquille cohabitandi, an potius majus
malum & ulteriora flagitia metuenda?
Etsi vel maximè quipiam existant, qui e-
jusmodi conjuges ferre possunt & volunt:
9 Tamen (†) sanctior res est matrimonium,
quam ut ita debeat contaminari, & ex im-
punitate delicti, morte piandi, causam tra-
10 here. Quapropter damnatus (†) ad capita-
le supplicium nec potest liberari per virgi-
nem sive puellam, eum in matrimonium
petentem: Etiam per rationem *l. servos in
fin. C. ad l. Iul. de vi pub. Treutl. vol. 2. disp.
30. d. priv. delict. th. 3. lit. g.* & per rationem
11 generalem (†) ne scilicet delicta maneant
impunita: *l. 3. C. d. Episc. aud.* Nec praxis
Imperii contrarium admittit. Alius gratiæ
modi, quanquam insoliti mentionem
12 faciunt quidam DD. Si nimirum (†)
condemnatus in loco supplicii, rupto la-
queo vivus in terram deciderit, eum libe-

rari

rari vel ſaltem executionem, donec Princeps conſulatur, ſuſpendi debere aſſerentes. Sed væ illi, cui præter hanc nulla alia gratiæ ſpes ſuper eſt. Quædam exempla narrat *Iul. Clar. in pract. crim. § fin. quaſt. 98. verſ. ultimo:*

Qui (†) tamen morem iſtum non approbat: Cum omnino exequenda ſit condemnatio juxta(†)formam ſententiæ, in qua communiter ſolent addi illa verba: Furcis ſuſpendatur ut moriatur. Quapropter etiam cautus judex(†)in concipienda ſententia condemnatoria ad mortem non ſimpliciter dicit & pronunciat, talem capitis pœnâ damnamus, omiſſis iſtis verbis, ut moriatur, vel ut anima â corpore ſeparetur: Vbi(†) namq; de capitis pœnâ ſimpliciter fit mentio, pœna naturalis mortis non intelligitur: *Marant. part. 4. diſt. 1. n 63. & diſt. 2. n 3. Chaſſan. in conſuet. Burg. tit. des juſtices §. 5. n. 4. Mynſ. 2. obſ 45. & conſ. 59. n. 49.* Pœna enim capitalis eſt triplex, alia mortis naturalis, alia qua perditur libertas, alia exilii *l. 2 ff. d. pub. jud. l. capitalium ff. d. poen.* Vnde in dubio intelligitur de mitiori pœna

13 14 15 16 17

l. si præses ff. d. pœn. l. pen eod. Ang. d. Malef. in verbo, & ibi caput à spatulis n. 32. Imol. in l. 2. ff. d. pub. iud. Ias. in l. transigere n. 9. C. d. transact. Hippol. d. Mars. in pract. crim. §. opportune n. 39. 40. Quam opinionem communem esse tradunt, quos refert *Iul.* Clar. *in pract. crim. §. fin. quæst. 67.* Hinc secundũ praxin Imperii Romani ita concipiuntur hujusmodi sententiæ: Daß Angeklagter mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden sol/ etc. Daß Angeklagter mit dem Strang oder Ketten vom Leben zum Tode zurichten: C*onst.* C*rim. art.* 192. quæ verba hunc apertè volunt effectum, ut mors sequatur: Propterea etiamsi
18 casus (*) ille insolitus, quo rupto laqueo damnatus incolumis, interram decidat, contigerit, nihilominus strangulari debet, ut moriatur. C*agnol. in l. favorabiliores de reg. iur. Papo lib. 24. tit.* 17. *arrest.* 14. *Mu-scorn. tract. d. iurisdict. n. 93 quos refert & sequitur Treutl. vol. 2. disp. 30. th. 3. lit. g.* Cui refragantur, & priorem opinionem amplectuntur: *Luc. d. Penna in l.* 1. C. *de desertor. Dec. in l. favorabiliores ff. de reg. iur. n. 8. Alc. 3 præsump. 44. n. 6. Par. de Put. in tract. Syndic. in parte, an si judex,* [redacted]*. 3. resolut. dict.*

dict. cap. 13. n. 37. qui ibidem putat eiusmo-
di casum esse(*) miraculosum, dicens: Vn- 19
de in hoc dubio justius, & rectius erit exe-
cutionem suspendere, quam fortè veritati
& signo miraculi resistere: Quia (veluti
ineptam & falsam hanc ratiunculam ad-
dit) refert scriptura sacra ex precibus Bea-
tæ, Mariæ virginis & aliorum sanctorum
hoc ita contigisse, & quosdam liberatos es-
se. Hæc *Gomez*. pro suo placito asserit, sed
non probat, nec eius opinionem nec ridi-
culas rationes in dicto loco allegati textus
tam Iuris Can. quam Civ. quicquam suble-
vant, sed planè perperam sunt citati(*) Alia
res est, quando suos propter innocentiam 20
& fidei constantiam, in extrema Tyranno-
rum afflictione miraculosè incolumes in-
terdum conservat Deus Optimus Maxi-
mus: Veluti Sadrach, Mesach & AbedNe-
go *Dan. 3.* & ipsum Danielem *Dan. 6.* & ali-
os: Longissimè alia est, quando in ipso actu
executionis, contra hominem flagitiosum,
legitimè confessum, vel convictum, atq;
damnatum aliquid insoliti, modo tamen
naturali, accidit, Si dictus (*) casus pro mi- 21
raculo esset habendus, ac propterea crimi-
nosus liberandus, quis diffiderit istum & si-

 miles

miles carnificum, damnatis interdum fa-
ventium, fraudibus esse obnoxios, ac pro-
inde cum magna justitiæ & Reipub. jactu-
râ frequentiora fore ejusmodi miracula fi-
ctitia.

CAUTELA VIII.

*Pro reo in pœnam pecuniariam for-
te condemnando in delicto, quo propter defe-
ctum pecunia pœna corporalis est inferenda,
ut evitet carceres.*

SUMMARIA.

1. Delinquens ob defectum pecuniæ corpora[li]
pœnâ afficiendus rectè detinetur, etiam[si]
offerat fidejussores vel depositū: & quar[e].
2. Consilium pro reo ut in ejusmodi casu carce-
res evitet.

1 DElinquens pœnâ pecuniaria, & in eju[s]
defectum, corporali afficiendus in car-
cerari & detineri potest, etiamsi fideiusso-
res de solvenda pœnæ qualitate dare vel-
let, vel eam deponere: Quippe quod in pe-
cuniariæ subsidium corporalis succeda[t],
dati fidejussores pendente inquisitione n[on]
solvendo fieri, & depositum forte peri[re]
possit: Vnde si reus præsto non esset, pœn[a]
atq; justitia deluderetur: *Bart. in l. 1. n. 2. C.
3. ff. d. cust. & exhib. reor. Ang. Aret. de m[al.]*
le[f.]

f.in verbo. quod fama pub. praecd. n. 67. & n verb pro quibus & quolibet n 10. Bart in l. nemo dubitat. de reg jur. Quam tamen sententiam restringit *idem Bart. in l. item liberatur ff. quib. mod. hypoth. vel pig solv.* Est autem cautela ut in ejusmodi casu accusatus vel inquisitus molestias (*) carceris effugiat: Si nimirum statim atq; convenitur, pœnam fisco solvat, dominium in eum transferendo, sub conditione condemnationis: *Bart. d. l. 1. n. 4. & l. item liberatur Ang. Aret. dict. loc.* Hæc cautela commodius referri posset *ad tit. de capt. & carc.* 2

Cautela IX.

Pro bonis fiscalibus augendis, & contraria, ne bona jure hæreditatis ad delinquentem ventura veniant in publicationem.

SUMMARIA.

1. Iudices condemnantes reos, quibus hæreditates erant obventuræ, antequam obveniant, male agunt causam fisci.
2. Bona post publicationem delata fisco non acquiruntur.
3. Differenda est condemnatio, usq; ad mortem eorum, quibus rei sunt successuri, ut acquirat fiscus.

4 Quan-

4. Quando bona publicantur, fisco non cedun ea, quæ non veniunt ad extraneos hæredes.
5. Consilium contra fiscum pro reo.
6. Favor ille fisci justitiæ est contrarius & quar
7. Custodia non debet degenerare in pœnam.
8. Fisco non ita favendum ut reo inferatur in juria.
9. Intra mensem vel absolvere vel condemnar debet judex.
10. Carceratorum causa est miserabilis.
11. Causæ criminales sunt celeriter expedienda
12. Quando ad faciliorem expeditionem origi nalia acta sint ad defensionem communi canda reis.

SOlent judices filiosfamilias aut alias per sonas, quæ successionis alicuius spem
1 habent, ante parentis (†) vel alterius perso næ mortem, cuius successio delinquenti bus obvenire potest, condemnare: Sed ip malè fisci causam agunt: Hoc enim mod portione, quæ mox ad damnatos hos veni
2 re deberet, fiscus ipse privatus remanet: (* Bona enim futura vel post publicationem & damnationem delata fisco non acqui runtur *l. si tibi mandavero* §. *in cuius ff. man dat. Bart. in l. 1. ad fin. ff. d. bon. damnat. Alex in l. ex facto* §. *Iulianus d. vulg. & pupil. su stit. Boss. in pr. crim. tit. de bon. pub. n. 15. & 27*
3 *Qui n. 28. ibid.* suadet, (*) ut judices Princi pis aut fisci beneficium respicientes utan tur cautela & differant condemnationem

po

post mortem patris vel alterius: Hoc modo reo condemnato, bona transibunt in fiscum adita hæreditate, & non adita jus succedendi transibit in eum, tunc scilicet si illud jus ad hæredes extraneos poterit transmitti: quæ est communis Dd. opinio in *l. si quis mihi bona* §. *si quis planè ff. d. acquir. hær.* *vers. in d. l. si quis mihi* §. *servus municipii circa* *in* Iul. *Clar. in pract. crim.* §. *fin. quæst.* 78. *vers. sæpe contingit.* Sin autem ad extraneos hæredes jus prædictum transmitti non poterit, neq; poterit fiscus quicquam prætendere, Fisco (*) enim quando bona publicantur, generaliter non cedunt ea quæ non veniunt ad extraneos hæredes *Gloss.* *Bart. & Bald. in l.* 1. *C. d. bon. quæ liber.* Contra hanc cautelam ê diametro est alia quam ex *D. Nell. prima parte secundi temporis,* *quæst* 30. *refert. idem Boss. n.* 29. *ibid.* Vt Banniendus, vel cujus (†) bona erunt publicanda, ante condemnationem renunciet juri adeundi cum consensu illius, ad quem eo repudiante, devolvitur, de quo fiscus conqueri non potest: *l. Quod autem in prin. ff.* *quæ in fraud. creditor.* Cum juri adeundi possit renunciari: *tot. tit. C. d. repud. hæred.* Est etiam alia cautela contraria, ut nimirum

4
5

pater

pater antequam moriatur exhæredet filium maleficum cum causa *iuxta auth. non licet C. d. lib. præterit*. Et sanè causa est legitima, si filius forte molitus est contra patriã aut hominem occidit: *Boss ibid. n 30*. Vel est extraneus is, cujus bona ad delinquentem ab intestato devolverentur, alium instituat hæredem: *Laurent. Tennin. Rodulph in tract. caut. cap. 92. n. 19. & 20.* Sed quid

6 quid (*) sit, quis non satis intellexerit antedictam cautelam fisco quidem favorabilem, sed reis captivis ut & expeditioni justitiæ esse maximè injuriosam? Carceris

7 (*) namq; custodia non debet degenerari in pœnam, ut sunt communia & præcipue *Const. Crim. art. 11. & art. 218.* Quod tamen fit, quando in nimis diuturno carcere delinquens detinetur, etiamsi ille non sit perpetuus, sed temporaneus, qui quoque tanquam pœna irrogatur *Farin in pr. crim lib. 1. tit. 4 quæst. 27. n. 104. & 105.* Insuper duplici pœnâ delinquens ac propterea inique punitur: Altera est quod longo temporis intervallo usq; ad alterius obitum in mala mansione retineatur: Altera, quod nihilominus publicatione bonorum

coer

coercitione delicto suo condigna afficia-
tur. Ad hac, quanquam fiscus sit(*) favora- 8
bilis, non tamen ita illi est favendum, ut
eo inferatur injuria: Imo reus favorabi-
lior est fisco: *Farinac. lib. 1. pract crim. tit. 5.*
quaest. 43. n. 13. per alleg. text. l. Arrianus *ff. d.*
obligat. & act. l. non puto ff. d. iur. fisc. Boss. in
tract. crim. tit. d. fav. defen. n. 2. Porro ju-
dex(*)omnes captivos, juris ratione, intra 9
minus mensis spatium absolvere debet, vel
sententia damnare *l. fin.* C. *d. cust. reor.*
Damhoud. in pract. crim. cap. 17. n. 17. Carce-
ratorum (†) enim causa tanquam misera- 10
bilium personarum, est summaria *Cyn. in l.*
n. C. si quis alteri vel sibi: Bart. in tract. de
carcer. ad fin. Damh. ibid. n. 18. Quanquā ex
consuetutidine hodierna illud tempus (*) 11
pro necessitate circumstantiarum & causae
probationum, sit judici arbitrarium: Nihil-
minus ei incumbit ut causas criminales
celeriter expediat: *Const. Crim. art. 77.* Exin-
de si crimen est notorium (*) vel alia justa 12
abest causa, judex statuere potest, ut loco
copiarū dentur acta originalia Advocatis
reorū: *Claud. Pertaz. in addit ad consilia Ber-*
tazoli patris sui, in cons. 130. lib 1. quem refert
& sequitur Farinac. in pract. crim. lib. 1. tit. 5.
quaest. 39. n. 115.

Vn-

Vnde colligitur justum & cautum esse ab ejusmodi cautelâ abstinere.

CAUTELA X.

Pro timente, ut forte bona sua aliquando applicentur fisco.

SUMMARIA.

1. Confiscatio propter multas calumniatorum delationes in frequentem venit usum.
2. Vt ditiores vix ab eâ tuti esse possint.
3. Quomodo subveniendum ei, qui metuit bona sua aliquando confiscatum iri.
4. Donatio mortis causa confirmatur etiam morte civili.

1 COnfiscatio (*) bonorum (maximè in quibusdam regionibus, sub specie hæreseos vel rebellionis) in tam frequentem venit usum, ut etiam viri boni, propter falsas calumniatorum delationes, quibus nunc temporis Reges & Principes pronas
2 porrigunt aures, ac illis facillimè (*) credunt, vix tuti esse possint, præsertim ditiores parasitorum aulicorum gratiam parum curantes: Hæc conqueritur *Raimund. Fichard. in tractat. cautelarum. caut. 86. ibiq; refert cautelam Catel. Cottæ, in memorab. sub verb. donatio causa mortis facta à marito:* V
3 nempe(*) timens bona sua aliquando fisco applicatũ iri, ea mortis causa donet uxori suæ

suæ: Talis enim donatio est valida & morte confirmatur (*) etiam civili, Banni & exi- 4
lii: *per text. l. sed si mors ff de donat. int. vir & ux.* Neq; tunc fiscus bona ista sibi vindicare nec ullam cum iis communionem habere, *iuxta tex. express. l. res uxoris 24. C. d. donat. int. vir. & ux.* nec interim donans factam donationem revocare potest: Mors namq; expectanda est, ut fiat irrevocabilis *d. l. sed si mors. Ias. in l. si stipulatus fuerim* §. 1. *ff. d. verb. oblig. Paul. de Castr. in l. post contractum ff. d. donat.*

Cautela XI.

Ne propter avaritiam Officialium reis delatis inferatur injuria, & quædam aliæ cautelæ remissive.

SUMMARIA.

1. Princeps male donat bona rei in eventum confiscationis.
2. Nec in eventum condemnationis pœna pecuniaria alii promittenda aut donanda.
3. Aliquot Cautelæ remissive.

UT Princeps caveat ne (*) Officialibus 1
vel judicibus, ad judicia publica constitutis vel etiam aliis, qui delatis reis nocere possunt, bona eorundem in eventum condemnationis & confiscationis donet, vel donanda promittat, propter rationes

insertas, in *cautela* 12. *tit. d. Iud. Advoc. &*
proc. monui: Quæ huc commodè repeti &
referri potest: Idem quoq; propter ratio-
num identitatem, quæ legere sunt *in dict.*
2 *caut.* monendum est, si (*) forte accusatus,
vel inquisitus, ubi contra eum delictum
contingeret probari, in pœnam pecunia-
riam veniret condemnandus, ne scilicet
ante condemnationem ista pecunia cui-
quam donetur, vel in eventum conde-
mnationis promittatur: Remitto itaq; le-
3 ctorem ad dictam cautelam. Ad hunc(*)
titulum etiam bene repetuntur & referun-
tur, *Cautela 6. in tit. d. inquisit. & accusat.* quæ
est pro militibus, ne finito bello propter
delicta in eodem perpetrata criminaliter
inquirantur vel accusentur: *Cautela 23. e-*
iusdem tit. Pro inquisito ut absolvatur, vel
saltem ne ordinaria pœnâ sed mitius pu-
niatur: *Cautela 2. tit. de indic. tort. & confes.*
Pro judice ne sit in causa, quo minus deli-
cta, propter iniquum præsertim in puncto
torturæ procedendi modum, pœnis con-
dignis puniantur, ac ipse teneatur de Syn-
dicatu: Et pro reo etiam confesso, ubi im-
peritia judicis, vel affectata severitas ta-
le quid admiserit, ne ei confessio etiam ra-
tis

tificata noceat. *Cautela 21. eiusdem tit.* Quomodo reus in crimine furti à torturâ & ab ordinaria pœnâ possit liberari. Item in casu homicidii, *Cautela 20 in fin. eiusdem. Cautela 38 eiusdem.* Pro fiscali, quando reus, qualificatè est confessus: *Cautela 40. eiusdem,* Pro judice ne utatur instrumentis insolitis, vel non consueto genere tormentorum: Et pro Advocato ad rei liberationē, quando judex fecit contrarium.

Cautela XII.

Pro delinquente ad impetrandam gratiam criminis.

Summaria.

1. Sponte comparens & delictum fassus gratiam impetrat.
2. Quod non est tutum, si delictum est atrox & ad effectum perductum.
3. Sed obtinet in casu l. quisquis C. ad l. Iul. Majest. & similibus.
4. Ex conspiratoribus, carceris futuram effractionem manifestans gratiam delicti consequitur.

DElinquens ut gratiam (*) impetret, 1
sponte compareat, delictum fateatur & manifestet reos ejusdem criminis: *Bart. ad l. 1. §. cum quis latrones ff. d. quæst. text. l.*

non. omnes §. *fin. d re milit. l. unic.* §. *qua lege damnatus ff. ad l.* Iul. *d. ambit. gl. &* Dd. *ibid. Alberic. in l. quisquis C. ad l. Iul. maiest. Boss. in pract. crim. tit. remed. ex sol. clem. princ.*
2 Sed hæc cautela(*)non est tuta, si crimen est atrox & non amplius in conatu consistit, sed ad effectum perductum est, ac perpetratum. In casu autem *l. quisquis C. ad l.*
3 *Iul. Mai* § *fin.* & similibus omnino (*) profutura est, ubi expresse constitutum reperitur: Sanè si quis ex his in exordio initæ factionis studio veræ laudis accensus, initam prodiderit factionem, & præmio & honore â nobis donabitur. Is vero qui usus fuerit factione, si vel sero (incognita tamẽ adhuc) consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum ac veniâ dignus habebitur. Itém quando quispiam ex carceratis
4 (*)conspiratoribus defrãgendo carcerem, forte pœnitentiâ ductus, vel alia de causa conspirationem judici revelavit, impunitate gaudet: *text. in l. in eos in fin. ff. d. cust. reor. & ibi gloss. & Dd. Boer. decis. 215. n. 22. Mars. in pract. crim.* §. *attingam n. 50. Claud. Battand. in pr. crim. reg.* 142. *Carcerum effractores n. 7. Iod. in pract. crim. cap.* 18. *sub rubr. de effract. carc. n. 3. ubi dict. l. in eos* ita

inter-

interpretatur, ut revelanti, non de conspiratione effractionis solum, â Principe impunitas concedenda sit, si illius fuit particeps, sed etiam ipsius delicti, pro quo revelans detinebatur, dummodo id sit remissibile *Prosp. Farinac. in pr. crim. quaest. 30. n. 194.* eam interpretationem approbat, praesertim quando revelans non est conspirationis particeps: Tunc enim verbum, relevandos in textu appositum, intelligi de poenâ non conspirationis sed delicti, propter quod fuit incarceratus: *allegans ibid. Cyrill. in sum. crim. part. 1. rubr. 12. d. cust. reor §. 2. n. 2.* Hanc potestatem remittendi in ejusmodi casu non solum Princeps habet, sed & alii judices. *Petr. Premus de securit. promiss. quaest. 1.*

CAUTELA XIII.

Pro delinquente ut impetrata gratiâ sine periculo uti possit.

SUMMARIA.

1. Petens gratiam non fatetur delictum, nec tenetur fateri.
2. Debet tamen exprimere id, pro quo gratiam petit cum suis qualitatibus.
3. Secus si fecerit, gratia est obreptitia, & quas impetrans poenas mereatur.
4. Quomodo quis impetrata gratiâ securè uti possit.

 5. Exem-

5. Exempla contraria.
6. Quorum pro consecutione gratiæ Principi mentio facienda.

1 QVi petit(*) gratiam alicujus criminis, licet de jure non teneatur fateri se delinquentem nec judex possit dicere ei, fatearis prius delictum alioquin non uteris
2 gratiâ tamẽ (*) exprimere debet id ipsum pro quo gratiam petit, cum omnibus suis qualitatibus, quæ Principis animum verisimiliter retrahere possunt à gratiæ concessione, si illas sciat *Ias. in l. damnosa C. de prec. Imp. offer.* Rom. cons. 449. *Anchar. Cons. 160 Boss. in pract. crim. tit. de remd. ex sol. clem. Prin n. 29. 33. & 38. Iacob. Boulenc. in l. capitalium §. famosus n. 207. ff. d. pœn. & Chassan. in consuet. Burgund. tit. des justices §. 5. n. 18. & seqq.* Quas si reticuerit
3 (*) gratia Principis erit sub- & obreptitia prorsusq; invalida *Mascard. d. probat. concl.* 846. Quippe quod subreptio, maximè in gratiosis, ipso jure etiam parte non opponente vitiaret impetrationem: *Cap. Ad audientiam d. rescript. cap. dilectus filius ibi gl. & Dd. Prosp. Farinac. in pract. crim. lib. 1. tit. 1. quæst. 6. n. 46. & seqq.* Vsq; adeo ut obrependo & veritatem celando imp

tran

trans pœnam temeratoris & falsi luat. *text. in l. si quis obrepserit, ubi gl. & Dd. ff. d. fals. & impune possit occidi Alex. Cons.* 114. *vol.* 1. *quem* sequitur: *Boss. dict. tit. n.* 37. Attende itaq; tu, qui gratiam â Principe (*) 4
cõfidis impetrare, ut exprimas in supplicatione omnia ea, quæ jure possunt avocare animum Principis â grâtiæ concessione, ne te subiicias periculo, sed ea securè uti possis, & ne tibi (*) cõtingat, quod ei quem 5
defendit *Cravet.* 2. *Cons.* & cuidam, qui impetrata gratiâ de secundo homicidio, primi in literis non facta mentione Bononiæ capitis supplicio fuit affectus. Quod postalios refert *Iul. Clar. in pract. Crim.* §. *fin. quæst.* 59 *vers. debes autem* 9. Vbi etiam meminit alicuius sicarii insignis, qui obtinuerat literas impunitatis â Principe, neq; expresserat, quod tempore impetrationis erat in carceribus detentus, & fuit laqueo suspensus. Dixi, eorum quæ (*) jure 6
Principem à gratiæ concessione avocare possunt, mentionem faciendam: Vnde non omnia tacita, quorum expressio quidem posset movere Principem, sed non jure, ad gratiam denegandam, eam vitiant: *Boss. dict. tit. n* 34. *Farinac. dict. quæst. n.* 48.

CAUTELA XIV.

Ne quis veniæ petitione censeatur delictum fateri.

SUMMARIA.

1. Quomodo transigendum ne quis censeatur confessus, remissive.
2. Sola veniæ petitione nemo fatetur delictum, & quando id obtineat.
3. Quomodo gratia cautè petatur.

1 QVomodo(*)transactio sit ineunda, ne propter eam indicium fiat ad torturã, vel quis tacite confessus censeatur, dixi supra *in caut. 5. tit. d. indic. tort. & confess.* Hic addenda est cautela quomodo accusatus vel inquisitus reus veniam â judice petere possit, ne delictum dicatur fateri. Præmittendum autem est Dd. statuere, quod re-
2 gulariter sola supplicatione(*) seu petitione pro impetranda veniâ quis non censeatur delictum fateri *Rom. & Alex. in l. 1. ff. d. nov. op. nunc Ias. in l. decem ff. de verb. oblig. Boss. in pract. crim. tit. d. rem. ex sol. clem. princ. n. 29. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæst. 8. n. 37. Mascard. de prob. concl. 50).* Quo tamen non semper obtinet nisi in crimine transigibili: Si namq; in eo per compositionem non oritur confessio, quod videre est in supra dicta *caut. 5.* eò minus orietur ex simplici

lici supplicatione *Blanc.d.indic.n. 308. in* *n.Farinac.in pract.crim.l.1. quaest.5.n. 25.*
Cautela itaq; hæc observanda (*) est gratiã 3
delicti etiam non transfigibilis sive veniam
petituro, ne scilicet eam petat solemniter
ve judicialiter, sed extrajudicialiter: Vel si
videatur expedire ut judicialiter petat,
xpresse dicat & modestè protestetur, se ex
umilitate gratiam petere & ut magnis
molestiis & sumptibus sublevetur, non ut
delictum fateatur *Farinac.dict.loc.ubi vide* *Dd.*quos ad hoc citavit.

CAUTELA XV.

Ad pœnæ mitigationem obtinendam.

SUMMARIA.

1. Bonam de se probans famam non est torquendus etiamsi extent indicia.
2. Nisi indicia sint admodum prægnantia.
3. Bona fama delinquentis & temporis diuturnitas efficit ut mitius puniatur.
4. Aliis sceleribus contaminato delinquenti temporis diuturnitas non prodest.
5. An excusent vel pœnam mitigent furor, ira senectus, minor ætas & similia, remissivè.

Bonam (*) famam rem inæstimabilem 1
hunc inter alios habere effectum, ut etiamsi contra aliquem extent indicia ad
torturam sufficientia, nihilominus is si eã

 de

de se probaverit, & quod proximè præter lapso triennio fuerit honestæ vitæ, bon vocis & conversationis, quæstioni subiic non debeat: Quippe quod indicia contra

2 ria(*) hoc ipso sint elisa, nisi fuerint admo dum prægnantia & gravia. invenies *in cant.18. in tit. d. indic. tort. & confess.* Qui

3 autem si reus accusatus (*) vel inquisitu post diuturnum tempus reperiatur deli quisse, num ne bona fama & hoc operabi tur, ut pœna mitigetur? Ita recte statuun *Tiraq. d. poen. leg. temp. causa 29. n. 4. que refert & sequitur Farinac. in pract. crim. li 1. quæst. 10. n. 9. propter veram rationem l. diutino ff. d poen. quæ est vita emendatio: A datur* Nevizan. *lib. 1. sylv. nupt. n. 96. Cova var. resol. 2. cap. 9. n. 2. vers. contrarium Co vas. in miscel. 2. cap. 20. Gomez ad l. 76. Tau n. 5. ubi hoc declarat: Fachin. lib. 9. contr. ca 38.*

Quapropter cautela est pro delinquen te, si eius delictum post longum tempor intervallum manifestatum, atq; is propte rea captus sit, ut non temporis diuturnita tem solum alleget, sed ostendat etiam se tempore commissi delicti vitam vixis semper honestam: Tunc enim, impetu p

ius, vel infirmitate quadam lapsus, quam ex dolo & consuetudine deliquisse est præsumendus, iam satis emendatus habendus, ac ei propterea pœna minuenda. *Tiraq. & Farin. dict. loc. Tiraq. caus. 51. n. 1.* simpliciter dicit rationem vitæ ante actæ habendam circa mitigationem pœnæ. Vbi itaq; 4
quis post(*) perpetratum crimen ulterius inhoneste vixerit aliisq; sceleribus se contaminaverit, temporis diuturnitas diminutionem pœnæ non operabitur. *Ant. Thes. decis. Pedem. 76. n. 5.* An & quomodo
(*)excuset à pœna, vel eam mitigent, ira, 5
furor, amor, ebrietas, senectus, infantia, minor ætas, (quæ contra factam confessionē, etiam in delictis in integrum restitui potest. *Ant. Blanc. caut. crim. 6. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 6. vers. 4.*) reorum multitudo, nobilitas, & similia, hic operose perstringere est supervacaneum, cum ista passim apud Dd. jura criminalia tractantes reperiantur.

CAUTELA XVI.

Pro judice, ne in defectum pœnæ pecuniariæ delinquens corporis afflictivam evitet, & sic remaneat impunitus.

SVM-

SVMMARIA.

1. Non habens in ære luat in corpore.
2. Ante, non post sententiam pœnæ] pecunia riæ, pœna corporalis infligi potest.
3. Latam sententiam judex corrigere non potest
4. Iudex ante sententiam pœnæ pecuniariæ co gnoscat, an damnandus sit solvendo & quare

VUlgatum & ferme in ore omnium il
1 lud est: Qui (*) non habet in ære lua in corpore *l. fin. ff. d. in jus voc. l. 1. §. fin. ff.* *pœn. & alibi passim. Coler. de process. execu* *in præfat. n. 20. Tessaur. decis. 182. n* 1. *& deci* *232. n.* 1. *&* 2. Et subsidiarium præbeat ter gum, cui non suppetit pecunia. *Valen* *Franc. d. fideiuss. cap. 3. n. 217. Zas. in §. pœnal* *n. 25. inst. de act. Menoch. arb. iud. cas. 44*
2 *Reguer. quæst. crim. 6.* Sed notandum (* quod tunc demum judex propter pauper tatem delinquentis possit in locum pœn pecuniariæ subrogare corporalem, quan do scilicet cognita ejus inopia id faciat an te sententiam, secus si postea: *Bart. in l. 1.* 1. *n. 8. ff. ad Turpil. Blanc. in pract. crim. in*
3 *verum quia quandoq. n. 112.* Quia judex(* lata sententiâ dicitur defunctus suo offici ita ut eam amplius mutare & corrigere n possit *l. judex. posteaquam 55. ff. d. re judi* Hæc hanc suppeditant cautelam, ut jude
4 sit cautus quando(*) versatur in casu, qu

ob defectum pecuniæ pœnâ corporis affli-
ctiva delinquens venit afficiendus, ut antequam pronunciet & ferat sententiam definitivam, cognoscat an damnandus sit solvendo, ne post latam sententiam utraq; pœna elabatur, & ita remaneat impunitus, Quamvis contrarium verius esse dicat *Tesaur. decis. 182. & decis. 232. n. 2.* Attamen hanc cautelam, observare tutius esse existimo.

CAUTELA XVII.

Pro magistratu vel judice, ne festinet inquirere, damnare & supplicio afficere quenquam, ex sola ratione meri imperii conservandi & actum eius exercendi.

SUMMARIA.

Ex sola ratione tuendi juris sui interdum Magistratus vel judex aurius inquirit.

Unde contingit ut innocens quæstioni subiiciatur & damnetur, & ibi exemplum.

Abstinendum est judici â cupiditate aliquem delinquentem pro actu meri imperii quæritandi.

Secus faciens quam incurrat pœnam.

Quidam judex naturâ melancholicus, isto die, quo homines trucidabat, cuilibet apparuit blandus.

Non quis puniendus ut conservetur jurisdictio, sed ut malum de medio tollatur.

7. In-

7. Invectio in secus facientes, cum inserti[s] ... tionibus.

8. Errores iniquissimi irrepserunt quæstion[e] habendi.

1 EVenit interdum(*) ut Magistratus, ju-
dex vel Officialis, cui concessa est pote-
stas cognoscendi & animadvertendi in fa-
cinorosos, aliquod annorum intervallo
nullum meri imperii actum exercuerit, v[el]
ei de jure isto controversia mota sit: N[e]
itaq; hæc potestas, per multos annos no[n]
usurpata, temporis antiquitate obscuretu[r,]
in desuetudinem eat, vel forte auferatu[r,]
Magistratus, judex vel Officialis, ex sola
mera ratione tuendi juris sui, acrius & m[a-]
gno conatu inquirunt, in quem actum m[e-]
2 ri imperii exerecant: Vnde(*) contingit [a-]
liquando, ut innocens, vel qui leve co[m-]
misit delictum, capiatur, quæstioni [sub-]
ciatur, damnetur & supplicio afficiatu[r.]
Memini alicujus exempli, quod nomin[a-]
tenus adducere nō attinet, ut pauper qu[i-]
piam (susq; deq; habita *Constit. Carol.* [a.]
160. in illis verbis: Mehr sol ermessen w[er-]
den/der Standt vnd das Wesen der P[er-]
son/so gestolen hat / vnd wie schedlich d[em]
Beschädigten der Diebstahl sein mag/ [vnd]
die Straffe darnach an Leib vnd Leben
theil[en]

(heilen)laqueo sit suspensus,qui comestibilia,non admodum multa, furtim abstulerat & ablatio eorum Domino parum erat nocitura, nec is ullius præterea criminis reus fuerat factus, adeo ut extra dubium sub pœnâ levi fuisset dimissus,nisi prædicta ratio conservandi juris obstitisset.Sed proh Deum immortalem, quæ hæc est crudelitas & impia fatuitas? Caveat sibi (*)judex 3
ab ea & similibus caneq; peius & angue ejusmodi conatum & cupiditatem, delinquentem quæritandi & puniendi, fugiat, nisi velit Syndicatus(*) reatum incurrere 4
& jurisdictione privari: Prout debent judices severiter (nedum injustè) in criminalibus procedentes *Hip.d.Mars.in pr.crim. expedita n.86. Bald.in l.2.d.cust.reor.* Huc repete quæ dixi *in cautela 1. tit. d.inquis.& accusat.* Nec â tramite justitiæ eum seducat prædicta ratio actum meri imperii exercendi: Vel affectatæ severitatis gloriola, ut illum in (*)quem admodum invehitur 5
Paris.d.Put.in tract. Syndic. in verbo crudelitas offic. eum ferocissimam bestiam compellens & ut homicidam reprehendens, ibidemq; referens:

Quod

Quod licet ille judex esset naturâ mela
cholicus eo tamen die, quo homines tru
cidabat, omnibus alacer, iucundus, ga
dens, blandus ac benevolus apparebat
Non propterea(*) delinquens ultimo sup
plicio afficiendus, ut conservetur jus ma
leficia coercendi, seu, ut hodie loquimur
jurisdictio criminalis: Sed ut malum d
medio tollatur. Lepida scilicet est sequela
jurisdictio criminalis est tuenda: Ergo hi
vel ille est suspendendus: Vel aliquis de
linquens ad actum supplicii præter soli
tum magno studio est indagandus. Qu
tandem (*) erit innocens, qui vel levite
est suspectus, vel â malis calumniose dela
tus, & incidit in extensos casses ejusmo
beluarum, qui, ceu diabolus, apertis fauc
bus anhelant sanguinem hominis, amb
unt & quærunt quem perdant? Nonne si
ex leviusculis indiciis, dubiis sæpe & erro
neis â monstris mortalium multi ad qua
stionem abripientur, vi tormentorum ce
8 suri & innocentes peribunt? Quippe (*
quod iniquissimi errores quæstionum ha
bendi passim irrepserint quod palam fi
tractatum, *in primis titulum d. indic. tort.*
confess. per legenti. Væ itaq; tibi, qui ho
mod

modo, jura jurisdictionemq; tuam tueri desideras, & actum meri imperii exerces: Exercebit in te vicissim actum justitiæ judex ille justissimus ultimo & æterno puniturus supplicio.

Cautela XVIII.

Contra malam consuetudinem quorundam locorum ubi criminosi morti traduntur antequam in fide salvifica sint satis instructi & conversi, atq; sic in pœnam simul præcipitantur æternam.

SUMMARIA.

1. Quando proximo die flagitiosus est plectendus, cur tunc primum ad eum mittantur confessarii.
2. Capti Christiani præsumuntur, & cum iis longe facilius, in conversione, quam cum ethnicis & infidelibus agitur.
3. Caveat judex ne damnatus cum temporali exitio æternè pereat.
4. Nostro tempore viluit pietas, & honesta vivendi ratio.
5. Malefici parum vel sæpe nihil sciunt de doctrinâ salvifica, & ibi exemplum.
6. Executio debet differri usq; donec damnatus sit conversus.
7. Episcopus debet prohibere executionem, ut dato temporis spacio miser convertatur.
8. Ante auditam sententiam condemnatoriam melior est conversio, & ad eam miseri sunt aptiores.

9. **Videre debet judex, ne inebrientur mis[...] quando ad supplicium educuntur.**

1 QVando flagitiosi (*) proximo die sun[t]
plectendi, tunc primum secundum
multorum locorum consuetudinem con-
fessarii ad eos mittuntur quibus confitean-
tur ac sacram eucharistiam accipi ant. Isq;
mos hanc proculdubio habet rationem:
Tum, quod judex hucusq; versetur in pun-
cto inquisitionis, torturæ & adipiscenda
plenæ probationis, nec dum noverit reum
esse definitivè, pœna mortis condemnan-
2 dum: Tum quod in terris Imperii (*) viva-
tur inter Christianos, & capti Christian[i]
præsumantur, ac tales quidem, quibuscum
in convertendo, non tanquam cum ethni-
cis infidelibus & paganis est agendum. Se[d]
3 caveant (*) judices sibi à conscientiæ vul-
nere, ne sint in causa ut criminosi nō tem-
porali exitio solum pereant, sed æternam
quoq; luant pœnam: Hisce enim tempori-
4 bus (*) perditissimis juxta ac deploratissi-
mis usq; adeo viluit pietas, institutio juven-
tutis, & omnis honesta vivendi ratio, etiam
5 inter Christianos, ut reperiantur (*) pluri-
mi præsertim malefici, qui vel parum v[el]
prorsus nihil sciunt de doctrinâ salvifica [&]
ab ethnicis non nisi nomine & baptisma[te]

discr[...]

discrepant. Ante sesquiannum fuit quidam delinquens laqueo suspensus, qui vix recitare potuit orationem Dominicam, & interrogatus, â quo esset redemptus, dedit responsum: â sancto Petro. Tales si sint condemnati executio(*)debet differri, & a- 6
liquod temporis spacium, pro pii & Christiani Iudicis arbitrio concedi, ut volentes de necessariis ad salutem, pœnitentiâ, fide & merito Christi informari, & ad benè moriendum præparari possint *Ant. Gomez. tom. 3. resol. cap. 14. ubi ex Bald. & Paul. d. Castr. ad l. Archigerontes C. d. Episc. aud.* refert, quod possit & debeat(*)Episcopus per 7
censuras Ecclesiasticas prohibere, ne judex secularis exequatur sententiam, nisi prius dato termino & spacio ad confitendum.
Quæ commodius(*) â judice fieri curan- 8
tur ante condemnationem & auditam sententiam condemnatoriam *Paris d. Put. tract. Syndicat. ver. judex. quo etiam tendit Constit. Crim. art. 79. & art. 102.* Sic enim non erit necesse propterea differre executionem, sunt miseri ad convertendum aptiores, atq; non ita confusi, consternati & cogitatione supplicii perturbati. Prospiciat quoq;(*)judex, ne inebrientur miseri quā- 9
 do

do educuntur, & ita à sincera contritione pietatis affectu & devotione avellantur. *Const. Crim. art. 79.* Quod sæpe vidi male observari perversè intellecto textu biblico, *Proverb. 31. vers. 6.* Date siceram perituro, & vinum his qui amaro sunt animo: Quod quomodo ex fonte sit, & recte explicandum, Theologis relinquo.

CAUTELA XIX.

Vt plena impetretur gratia & ad omnia extensa.

SVMMARIA.

1. Quando gratia Principis ad solam pœnam restricta sit.
2. Quando ad famam, vitam & omnia gratia Principis extendatur.
3. Gratiam impetraturus curet ut in rescripto ponantur verba plenissimam restitutionem operantia.

1 PRinceps in rescripto dicens: facimus tibi gratiam, (*) vel facimus tibi gratiã pœnæ corporalis, vel vitæ, vel indulgemus tibi, gratia ad solam pœnam restricta est, nec latius extenditur. *l. 2. C. d. sent. pass. & restit. l. generalis 7. C. eod. Bart. in l. fin. & Salic. C. eod. Pergrin. d. jure fisci lib. 5. tit. 2.* la-
2 tius. Si autem dixerit (*) Princeps facimus tibi omnium gratiã, vel ad omnia ut prius

eras

eras, restituimus: Ad omnia quoq; restitutio extenditur, ad pœnam corporalem, famam & omnia reliqua: Quia Principis verba clara sunt, adeo ut de ejus voluntate expresse constet: *arg. l. non aliter ff. d. leg. 3. l. continuus § cum ita ff. d. verb. obl.* Vnde cautus sit, qui (*) sibi vel amico gratiam intendit consequi, & curet, ut in rescripto gratiæ sive restitutionis, nō ponantur verba arida, veluti indulgentiæ & similia: Sed quod restitutio facta sit ad omnia: Idem quoq; erit, si ponantur indulgentia & restitutio plenissima: *Vide Gril. d. relax. carcer. sub tit. d. benef. & indulg. Princ. q. 1. Bart. in l. 1 §. si quis ultro ff. d. quæst. l. fin. in fin. C. d. ... it. pass.* 3

CAUTELA XX.

Ad differendam sententiam eiusq; executionem.

SUMMARIA.

1. Ad differendam sententiam eiusq; executionem accusentur testes eosq; producens.
2. Accusatio eorum testium, qui sunt ultra numerum probandi, non differt sententiam.
3. Testes absentes ad defensam nominantur, ut differatur sententia condemnatoria: quod quando obtineat.

VT differatur (*) sententia condemna- 1

 toria,

toria, atq; sic etiam executio, cautela est, ut accusentur testes, & producens eos de falso: *Salic. in l. si docueris C. ad l. Corn. d fals. Cæp. caut. 2 n. 16. ad quod ibid. citat. l. 3. C. si ex falsis instrum.* Quod verum est, si accu-
2 santur (†) testes necessarii ad probationē; secus si sint alii, & ultra numerum eorum qui probaverunt: Namq; per accusation illorum non retardatur processus neq; Criminalis neq; civilis. *Ang. Aret. in tract. ma lef. in gl. in vers.* compareant dicti inquisiti in termino.

Sed prædicta cautela procedit, nisi appareat de calumnia accusantis *Cæp. ibid. n. fi.* Alium vidi modum differendæ sententiæ
3 (*) condemnatoriæ, quod nimirum accusatus, post quam plures testes essent examinati & in causa utrinq; conclusum, nominaverit ad defensam duos alios alienæ jurisdictioni subiectos diuq; abfuturos: Et sic sententiam condemnatoriam distulit, procul dubio illud Senecæ in Agamemnon cogitans: Quod ratio nequit, sæpe sanavit mora. Similia in dubio quidem obtinebunt secus si appareat accusatum vel inquisitum id facere animo executionem differendi.

CAV

CAUTELA XXI.

Pro judice qui ex causâ minuit pœnam ordinariam, â jure impositam.

SVMMARIA.

1. Iudex ex causa potest minuere pœnam.
2. An etiam minores Magistratus, & ex quibus causis.
3. Iudex pro delicto minorem imponens pœnam, quam de jure debebat, quomodo puniendus.
4. An causa mitigationis in sententia exprimi debeat.
5. Comites, Barones & liberæ Civitates usu veniam delictorum dare possunt.

IVdicem (*) ex causâ posse minuere pœnam â jure pro aliquo delicto impositam, communis est opinio, attestante *Dec. in c. de causis n. 18. de off. deleg. Vivi. in lib. com. opin. in verbo judex ubicunq;* Didac. *Covar. var. resol. cap. 9. n. 8. Iul. Clar. in pract. crim. § fin. quaest. 84. vers. ulterius quaero. 10. ubi ex Bald. in Auth. hodie jurant C. de jud.* dicit: Sed hæc quidem conclusio intelligenda est, ut procedat in (*) majoribus magistratibus: Illi enim possunt, etiam pœnas statutarias minuere ex causâ, sive talis causa sit cohærens delicto, sive sit causa extrinseca: Sed minores magistratus pœnam possunt, minuere ex causâ cohærente delicto, si autem 1 2

 vo-

volunt pœnam alterare ex causâ extrinseca debent Principem consulere: *Vide etiam Boss. in pract. crim. tit. de pœn. n.* 10. Caveant tamen judices ne id sine causâ & in jure ap-
3 probata faciant: Quippe (*) quod judex, qui in causis criminalibus minorem imponit pœnam, quam de jure imponere debebat, sit infamis: *l. servos C. ad l. Iul. de vi publ.* & eadem pœnâ, qua reus puniri debebat, sit puniendus *l. 3. in fin. C. ne sanct. Baptism. reiteret. Iul. Clar. d. loc.* Sint quoq; cau-
4 ti judices ab ordinaria (*) pœna recedentes, ut causam mitigationis in sententiâ exprimant. Vel saltem dicant generaliter, se mutare seu minuere pœnam ex causis animum suum moventibus, quæ generalitas, ut est opinio communior, sufficit: *Iul. Clar. dict. loc. Boss. dict. loc. Gail. lib. 2. de pac. pub. cap. 9. n. 23. Bellovis. in pract. crim. in*
5 *rubr. de fuga rei n. 62.* Hic annecto (†) quod usu Barones, Comites & Civitates liberæ, etiam post sententiam delictorum veniam dare possint, ut testantur *Cyn. & Bald. in l. servos C. ad leg. Iul. de vi pub. Ias. in l. centesimus. §. fin. ff. d. verb. obl. Belvis. in pract. de sentent. crim. n. 10. Zasius in l. acta §. 2. ff. de re judic. quos refert Petr. Eremus de securit.*

pro-

promiss. quæst. 1. Sed caveant ne gratiam delicti faciant alicui, quem lex divina & omnium gentium ratio statuit puniendum.

CAUTELA XXII.

Ad excusandum furem ac liberandum, ut & contraria pro judice ne justitia eludatur.

SUMMARIA.

1. Si dominus rei subtractæ protestetur, rem se volente fuisse ablatam, fur excusatur: Contra relativè.
2. Furum Advocati solent precibus vel pretio ejusmodi protestationem elicere.
3. Quæ judex debeat attendere, ne hoc modo justitia eludatz.
4. Fur probans dominum rei contrectatæ esse suum debitorem, seq; ab eo non vel difficulter debitum consequi potuisse, erit impunitus.

Traditur â quibusdam cautela ad excusandum furem, ut nimirum ille cui res est subtracta asserat & protestetur, sua voluntate rem sibi fuisse ablatam: Sic enim furtum, quod fit invito domino, commissum dici non poterit: Quam cautelam nihil prodesse scribunt: *Ang. in l. inter omnes §. rectè ff. de furt. Bald. in l. falsus* C. *de furt. Iul. Clar. lib. 5. §. furtum, vers. item excusatur 21. & ibid. allegati Dd.* Solent nihil- 1

omi-

2 ominus furum Advocati & protectores
ea uti, ad dominos rerum furti varum confugere, eos precibus vel pretio placare, sæpe etiam minis ejusmodi protestationem extorquere. Cautela itaq; est pro judice, ne justitia eludatur, ut nimirum attendat
3 & consideret potissimum rei ablatæ magnitudinem vel modicitatem, divitias domini protestantis vel egestatem, hujus & auferentis amicitiam, sanguinis conjūctionem, & mutuam inter eos confidentiam furisq; qualitatem: Difficilius enim est creditu virum divitem, ingenuum, integræ famæ furari voluisse, quam, pauperem, vilem, famosum ac furari solitum. Quæ prudenti judicis arbitrio committuntur: *Bart. in §. recte l. inter omnes ff. de furt. Sal. in l. si convitii C. de iniur. Boss. in tit. de furt. n. 10.* Iul *Clar. dict. loc Menoch. de arbit. jud. lib. 2. Cas. 298. n. 3. Ioh. Bonefac. de furt § invito domino n.* 11. Hanc quoq; cautelam sibi quandoq; usurpant nonnulli, ut inducant dominum rei ablatæ ad confitendum (*) se auferentis esse debitorem
4 & ut eo facilius liberetur ad propriam allegandam turpitudinem, furem scilicet non, vel difficulter debitum consequi potuisse

tuisse: Quod enim si probetur, furtum erit impunitum, quæ est sententia communis: *Covar. 1. resolut. cap. 2. n. 15. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum vs. excusatur. Hipp. de Mars. in pract. crim. §. constante n. 36. 37. Ioan. Bonefac. in tract. de furt. §. animo lucri faciendi n. 28. & 29.* Perinde itaq; sit contra ejusmodi cautelistas judex circumspectus, in qualitates tum furis, tum confitentis inquirendo, ut constet cui & quantum fidei sit adhibendum.

INDEX

Rerum & Materiarum, quæ in his tractatibus quinq; continentur secundum summaria institutus.

Itaq;

Amice Lector, reperies materiam seu quæstionem inter summaria, quæ adscripta sunt paginæ; quam indicat numerus prior; sicut posterior summarium.

A.

A Causis criminalibus pœnam corporis adflictivam inferentibus hodie appellare non licet 150.3.

A causis criminalibus, si non ad cameram, ad alia tamé inferiora judicia appellare possumus ib.5.

A minis judicum reus appellare potest 258.4.

Ab executione triginta dies debet judex abstinere, si princeps mandet aliquem puniri pœnâ, præter solitum severiori. 314.4.

Accusator se debet offerre in libello ad delicti probationem vel allegare notorium. 106.1.

Accusatio requirit loci & temporis adsignationem. 122.1.

Accusatio eorum testium, qui sunt ultra numerum probandi, non differt sententiam 358 2.

Accusatus, nisi accusator se offerat in libello ad delicti probationem, sese juramento potest purgare 106.2.

Accusatus quomodo possit liberari à torturâ. 253.2.

Accusatus legitimis indiciis existentibus potest torqueri ib.1.

Accu-

Accusatores in civitate multos esse, perutile est 73.1.
Ac de ijs & contra id imaginatio plebis vanissima est ib.2.
Acta originalia quando sint ad faciliorem expeditionem reis ad defensionem communicanda 332.12.
Actuariorum imperitia testes de contradictione monentium notatur 78.1.
Ad condemnationem deveniri potest non obstante inquisitionis ineptitudine propter propriam confessionem aut delictum notorium 113.6.
Ad pœnam tamen mitiorem, non vero mortis ib.7
Ad probandum notorium duo testes sufficiunt, idq; ex observantia Iuris Saxon. 102.2,3.
Ad differendam sententiam, ejusq; executionem accusentur testes & eorum producens 136.2.
Ad obeunda ministeria malo viro non est utendum 2.12.
Ad verbum subtraxit subiiciendum verbũ furto
Ad convincendum, aliquem Assassinij duæ requiruntur qualitates & quænam 82.3.
Ad Assassinium sufficit precium esse promissum & pro pecunia rem sine specie datam 78.8.
Ad reos confessos vel convictos facilior plerunq; patet aditus 319.2.
Ad probationem famæ requiritur, ut sit vehemens 288.2.
Advocatus rei, quomodo sibi ab insidijs judicis quenquam sine legitimis indicijs torturæ subiicientis, caveat 268.4.
Advocatus quomodo odium evitare & libere reis possit patrocinari 36.4.
Advocatus quomodo consulat honori 17.7.
Advocatus quomodo causam servare possit ib.8.
Advocatus non erubescat dicere, cum peritis & libris deliberabo, si causa est ardua ib.10.

Ad-

Advocatus pro reo in judicio cōparere potest 9.
Advocatus Fisci in exceptione æque ac in vulgaribus tela in reum convertit 42.9.
Advocatum non esse concedendum in atrocioribus & exceptis obtinet in notoriis 42.3.
Advocati eo honoratiores sunt, quo causæ graviores 36.7.
Advocati reis optimi dandi 42.1.
Advocati Fisci officium est laudabile & necessarium 38.1.
Advocati in criminalibus vix offensionem principis vel Magistratus evitare possunt & ibidem exempla 36.3.
Advocati astuti propter beneficium appellationis causas criminales student reddere civiles 150.4.
Advocati furum solent precibus vel precio protestationes elicere 36.2.
Adfectatum vel procuratum non prodest 13.5.
Alleganti & probanti de se bonam famam, licet res furtiva apud eum reperiatur, indicium non potest nocere 273.2.
Aliis qui sapit, sapiat is sibi 16.1.
An causa mitigationis in sententia exprimi debeat 359.4.
An excusent vel pœnam mitigent furor, ira, senectus, minor ætas & similia 345.1.
An pœnam minuere possint magistratus minores 359.2.
Ante absolutionem per sententiam definitivam reus non debet ex carcere relaxari 178.
Ante auditam sententiam condemnatoriam melior est conversio & ad eam miseri sunt aptiores 354.8.
Appellatio rei quando tormentis applicatur, an attendatur 265.2.
Assassinus quis dicatur 82.1.

Assas-

Assassini unde dicantur, & unde extiterint remissivè 78.2.
Assessor propter negligentiam vel imperitiam tenetur 2.10.
Assessores propter sententiam iniquam simul tenentur 12.1.
Assessores debent protestari de dissensu ut tuti sint 12.2.
Assiduitas & circumspectio requiritur in criminalibus 37.12.
Aufugiens, si ex fuga revertitur non rupta fidejusso 178.2.
Auxiliatores qui & quando puniendi 109.1.
Auxiliatorem scienter opem præstitisse principali in inquisitionem deducendum est ib.5.

B.

Bona post publicationem delata fisco non acquiruntur 331.2
Bona quando publicantur, fisco non cedunt ea, quæ veniunt ad extraneos hæredes 332.4.
Bonam famam de se probans non est torquendus, etiamsi exstent indicia nisi ea essent admodum prægnantia 345.1.2.
Bona fama delinquentis & temporis diuturnitas efficit ut mitius puniatur 345.3.
Brevissimâ facti mutatione, totum jus mutatur, 17.9.

C.

Cadaver occisi propter præsentiam occisoris sanguinem effundit 54.1.
Cadaveris inspectio debet fieri per medicos vel peritos ne processus annihiletur 62.23.
Captus de crimine falsi etiamsi pœna pecuniaria imponenda fidejussoribus non relaxatur 141.2
Capti præsumuntur Christiani & cum ijs longe faci-

facilius in conversione, quam cum Ethnicis agitur 353.2.
Captivorum curam non habentes, Deus graviter punire solet 170.10.
Capitaliter delinquens & lictoribus resistens impunè ab illis occidi potest 137.3.
Carcer est ad custodiam, non ad pœnam etiam jure Saxonico consentiente 157.5.6.169.6
Carceratus dans fidejussores ad relaxandum videtur eos potius dare ad tollendam carceris molestiam 135.5.
Carceratus quando moritur præsumtio est contra custodem, eum ipsius culpâ mortuũ esse 163.1
Carceratorum causa est miserabilis 332.10
Carceratorum plerunq; datis fidejussoribus jus suum adversus injustum judicem tacite integrum reservare existimatur. 135.9
Carnifex, ne eum solo reo loquatur, inquisitores caveant 224.2.
Carnificum torquentium fraudes 224.1.
Causidici quidam cur jactitent amicitiam cum judice 29.1.
Causa mitigationis an in sententia exprimi debeat 359.4.
Causa animosius defenditur in libertate, quam in mala mansione carceris 135.6.
Causa & origo famæ bene attendenda 288.3.
Causæ famæ debent esse verisimiles & graves alias non faciunt indicium ad torturam 288.5.
Cautela pro judice, quando reus tormenta non timet 229.3.
Cautela pro securitate Iudicis 299.2.
Cautela pro Notario, qui nihil probat, nisi jussu Iudicis scribat 280.3.
Cautela ad annullandam confessionem accusati in crimine veneficii 206.2.
Cautela pro custode carceris, quando carceratus moritur 163.2.

Cautela ſpeculatoris de veſtibus 17.14.
Cautela adcognoſcendam raſuram in crimine falſi 292.
Caute facit injuſtè carceratus ſi præſtans fidejuſſionem proteſtatur ſe eam capturam ut juſtam non approbare 135.10.
Cautio nulla à Iudice debet acceptari quando pœna capitalis carcerato venit infligenda 140.1
Chirurgi & Medici jurati & ſpecialiter conſtituti in quovis caſu ut jurent, non eſt neceſſe 64.4
Chirurgi non tenentur deponere de veritate ſed de ſuo judicio & crudelitate 16.5.
Cibus & potus eo die, quo reus eſt torquendus ipſi non eſt dandus. 214.1.
Clauſula de repræſentando toties quoties quomodo ſit intelligenda 180.5.
Clericus à Iudice laico non puniendus, ſed praxis eſt in contrarium 311.6.
Comites, Barones & liberæ civitates uſu veniam delictorum dare poſſunt 359.5.
Commentarienſes quales eſſe debent 169.7
Concubinatus in jure civili permiſſus 90.7.
Concubinatus mixti fori ib.5.
Concubinatus ſex requirit qualitates, quibus deſtitutis ſtuprum dicitur ib.3.4.
In concubinas Clericorum occultis non inquirendum ex ſententiâ Nicol. Everhard. ib.8.
Concubinarij & concubinæ non tolerantur in terris reformatæ Eccleſiæ ib.8.
Concubinatus pœnam pauci hodie Eccleſiaſtici irrogant ib.10.
Concubina clerici ſubeſt cognitioni Iudicis ſecularis ib.11.
Condemnationis pœna pecuniaria in eventum nulli eſt promittenda 337.2.
Condemnatio eſt exequenda juxta formam ſententiæ 322.14.

Condemnatio differenda est usq; ad mortem eorū quib. rei sunt successuri, ut acquirat fiscus 331.5
Confessio ex torturâ quæ sequitur probationē per aquam frigidam est nulla 227.4.
Confessio extorta & ratificata etiam extantibus legitimis indicijs, si ea non ad elidendum reo communicata fuerunt, est nulla 195.4.
Confessio etiam ratificata quomodo reo noceat & ex eo damnari non possit 195.3.
Confessio terrore, minis vel promissione impunitatis elicita reo non præjudicat 223.2.
Confessio diabolicis artibus elicita nulla & omnia quæ inde sequuntur 229.8.
Confessio extra torturam facta verè dicitur spontanea 243.7.
Confessio propter frigus aut famem in carcere facta est nulla 170.9.
Confessio propter squalorem & frigus carceris facta non est spontanea sed extorta 184.26.
Cōfessio ex tortura illegitime adhibitæ provenićs, nulla est nec ipsi cōfitenti nec aliis nocet 298.
Confessio ex novis tormentis facta & quicquid e illo sequitur propterea nullum 299.
Confessio rei super istis delictis interrogatis quorum non extant indicia est invalida 284.2.
Confessioni in torturâ factæ non statur, nisi ea reo ratificata sit 271.
Confessum vel convictum si judex torturæ subjecerit de Syndicatu tenetur 276.1
Confessus vel convictus quando torquetur & in tormentis delictum negat, dicitur purgasse indicia contra se existentia ib.
Neq; in ordinariam pœnā potest condemnari ib.
Confiscatio propter multas calumniatorum delationes infrequentem venit usum 336.
Confrontatio non est de essentia Iudicij nec facilè ad eam perveniendum 207.

Conſpirator, ſi carceris effractionem manifeſtat, gratiam delicti conſequitur 339.4.
Conſilium pro reo, ut carceres, quando ob defectum pecuniæ corporali pœna eſt adficiendus, evitare poſſit 330.2
Conſilium contra fiſcum pro reo, 332.5.
Conſcientia eſt Angelus vitæ humanæ præſidens 16.3.
onſcientiæ qui cavet rectè ſapit ib.2.
onſenſui & Confeſſioni tacite nihil eſt tam contrarium quam metus & coactio 135.8.
onſtantia, trepidatio & rationes annexæ conſiderandæ ſunt 78.6.
onſuetudo quod rei, de ijs criminibus de quibus non extant indicia, torqueri poſſunt, non valet 276.6.
ontraria autem conſuetudo irrationabilis maxime in criminalibus & male conſulit conſcientiæ ib.8.10.
ontra dominum ſive poſſeſſorem inſtrumenti in loco furti relicti inſurgit indicium 129.1
ontrariæ rationes quod gratiæ delicti non ſit impetranda, qui uxorem ducit meretricem. 322,7
ontrariæ rationes quod rupto laqueo in actu ſupplicij damnatus non ſit liberandus 321, 13.
onſuetudo, quod reus ſuper alijs delictis, quorum non extant indicia interrogari poſſit eſt irrationabilis 284, 3.
nverſio maleficorum ante auditam ſententiam damnatoriam eſt melior 354, 8.
pia indiciorum non eſt deneganda delinquenti 94, 4.
imen judicatur notorium quibus qualitatibus debet affectum eſſe ib.7.
imen beneficij annihilatur ſi accuſator non probet qualitatem veneni, illud fuiſſe aptum d occidendum 206,1.

Criminalis praxis totius fundamentum in materia indiciorum & torturæ 183. 1,
Criminalis Imp. Constitutio magis pondere verborum quam disceptatione constat 2.16
Criminales Constit. Iudex in judicio ad manus debet habere 2.18.
Criminales causæ sunt arduæ, ideoq; maturiori consilio opus tam in puncto torturæ quam sententiæ definitivæ 30.1.2
Causæ criminales sunt celeriter expediendæ 332.11
Criminosi hodie ab Ecclesia extrahuntur, non expectata Prælati licentia 174.3
Custos Carceris, cujus negligentia reus evadit, eadem pœnâ punitur, quâ carceratus puniri debuisset 140.5.
Custodia non debet degenerare in pœnam 332.5

D

Damhouderus de malitiosis Iudicibus querela 86.4.
Damnatus ad supplicium Cardinali redditur obviam liberatur 309.1
Damnatus ad capitale supplicium non liberatur à puellâ eum in matrimonium petente 322.10
Damnatus si accusatus de majori crimine executio est differenda 314.
De dicto principali constare debet ut inquiratur in auxiliatorem 109.
Deferentis s. denunciantis qualitates diligenter introspiciantur & examinentur 113.
Delictum nullum tam est notorium, quin possit habere excusationes 94.
Delictum non tribuit immunitatem 90.
Delicta non debent manere impunita 322.11
Delicta præsertim notoria, ut ocius puniantur interest reipub. non servato juris ordine 94.1.
Delicta morte exstinguuntur 319.

Deli

Delinquens Iudæus si baptizetur, à pœna liberatur; sed contrarium rectè servat consuetudo 311.11.
Delinquens mitiori pœna punitus ab alio Judice puniri non debet 317.1.
Delinquens propter quodvis crimen leve in templo non est capiendus 174.4.
Delinqnens ob defectum pecuniæ corporali pœna rectè detinetur, etsi offerat fidejussores vel depositum & quare 330.1.
Denunciator regulariter non est testis & quando esse possit 86.1.
Denunciator an testes in fraudem datos nominaverit, judex advertat 113.7.
Denuncians jurare tenetur causæ gravitate id exigente ib.6.
Denunciatione non valente neq; valet inquisitio ib.5.
Deterior testis reperiri non potest quam fama 288.7.
Deus graviter illos, qui captivorum nullam rationem habent punire solet 170.10.
Dolorem & damnum judex quemquam sine legitimis indicijs torturæ subiiciens resarcire cogitur 268.2.
Dolosè torquens judex, morte secutâ punitur capitaliter 299.8.
Donatio mortis causa confirmatur etiam morte civili 336.4.

E

Ecclesiæ immunitas non violatur si contra mentem & gratiam prælati delinquens abstrahatur 174.7.
Episcopus debet prohibere executionem ut dato temporis spatio miser convertatur captivus 353.7.

Errores Actuariorum quorundã notantur 227, 6
Errorem adserens eum probare tenetur 258, 3
Examen torturæ imperitis non est committendum 221, 1
Excessũ in torturâ non intervenisse probet Iudex per inspectioné & relationé Medicorum 299, 10
Executio in damnatum, qui alium accusavit suspenditur, donec ipsius accusatio parficiatur 322, 2
Executio debet differri usq; donec damnatus sit conversus 353, 8
Exempla narrantur ubi innocentes cruciatu torturæ delictũ confessi, condemnati fuerint 260, 4

F

Facilius est condemnare vel absolvere quam in puncto torturæ benè arbitrari 30, 3
Falsum etiam silentio committitur 105, 1
Fama non probatur nisi per testes omni exceptione majores 288, 10
Famam exactè probare est difficilimum 16, 9
Famam non facit numerus personarum de eâ dicentium 288, 9
Fama nisi sit eadem in toto populo, sed dicuntur varia nec in civilibus, nec in criminalibus habet effectum 16, 6
Fama levis vel in ullo aliquo labefactata nihil operatur ib. 6
Famę bonæ probatio relevat â tortura 245, 4
Famæ bonæ probatio ad evitandam torturam quando non habet locum ib. 4
Fama mala sola non sufficit ad torturam ib. 5
Famæ malæ natura describitur, 116, 1
Favor ille fisci justiciæ est contrarius 323, 6
Fidejussor non liberatur quando reos propter aliam causam, quam pro quâ fidejussor datus est, condemnandus 153, 9

Fidejussor si reum sistat, qui postea aufugit, nunc ille teneatur 166, 1.
Fidijussor ut sit tutus in hoc casu cautela pro eo ib. 3.
Fidejussor si non est notoriè solvendo, cautè facit Iudex si curet sibi dari approbatorem 148, 1.
Fidejussores cautius cum ipso principali citantur & requiruntur 147, 1,
Fidejussores si extra judicialiter se obstringunt non est usque adeo expedita executio ib. 3.
Fidejussio lata sententia ex spirat 150, 2.
Filius delinquens oblatus Iudici à patre mitius est puniendus 308, 1.
Filius etiam ob crimen læsæ maiest. ib. 3.
Fiscalis videns reum fidejussoribus relaxatum in protestari debet & protestationem suam curet ad acta referri 153, 1.
Fiscalis Advocati officium multi adfectatâ severitate & aucupio gratiæ contaminant 38, 2.
Fiscales quomodo propterea teneantur, & vindictam dei devoluant in Rempub. ib. 3.
Fiscalis in quocunque crimine regulariter accusatur 59, 7.
Fiscalis si accusatur nisi velit sicumbere duas in assassinio qualitates articulare debet 82, 4.
Fisco non ita favendum, ut reo in feratur injuria 332, 8.
Fraus in inquisito bonæ famæ non præsumitur 100. 2
Fur quomodo sciri possit, si instrumenti relicti dominus vel possessor ignoretur 129, 2.
Fur excusatur si dominus rei subtractæ protestatur rem se volente fuisse ablatam contra relativè 361, 1.
Fur probans dominum rei contractæ fuisse debitorem, neq; ab eo vel difficulter se p tuisse debitum consequi, erit impunitus 361, 4.

Furum Advocati solent precibus vel precio protestationes elicere ib.2.
Furtum domesticum non est subjectum torturæ 184.16.
Furtum minimũ torturæ non subiiciendum ib.17
Fuga rei quando facit indicium ad torturã 217.1
Fugam capessens & ejus Advocatus quomodo sibi tuto prospicere possint ib.4

C

Gratia Principis quando ad solam pœnam restricta sit 355.1
Gratia Principis quando ad famam & vitam & omnia extendatur ib.2
Gratia quomodo cautè petenda 344.3
Gratia est obreptitia si non exprimitur pro quo gratiam petit cum qualitatibus 341.3
Gratiâ impetratâ quomodo quis securè uti possit ib.4
Gratiam impetraturus curet ut in rescripto ponantur verba plenissimam restitutionem operantia 365.
Gratiam delicti impetrati, qui uxorem ducit meretriciam ex lupanari 322.6
Gratiam petens non fatetur delictum nec tenetur fateri 341.1
Gomezij ridicula opinio improbatur ruptionis laquei miraculum adserentis 322.1

H

Hallucinatio alicujus imperiti Iudicis 94.9
Homines sunt promptiores ad denunciandum quam ad accusandum, & quare 113.
Homicidæ gratiam faciens secundi homicidii reus censetur 322.5
Hortatio ad Judices 284.

I

Idiotæ vix se à suggestionibus abstinent 221.4.
Ignorantia præsumitur nisi scientia probetur 109.6.
Imperitia ex aminatorum testium & Actuariorũ testes de contradictione monentiũ notatur 78.1
Imperitia nonnullorum Actuariorum 31.13. 78.1.
Imperitis examen torturæ non est committendũ 221.1.
Impunitatis permissio à principe confitendi facta est servanda 249.6.
Incarcerati ita sæpe consternati sunt, ut de defensione cogitare non possint 421.7.
Incusatio pœna obligationis apud acta factæ habetur loco sententiæ 147.4.
Incantationibus quidam asscribunt, quando ex reo veritas tormentis non possit exprimi 229.2.
Incantatores seu sortilegos qui consulit capitaliter est puniendus ib.9
Indicia non concludunt si veritas aliter potest haberi 215.2.
Illius rei exemplum, quo illustratur ib.3.
Indicia & probationes ad condemnandum in suo genere sic oportet esse luce meridianâ clariora 184.12. 235.14.
Indicia sunt commendanda etiam in atrocissimis 421.5.
Indicia quando nulla sunt ad inquirendum, Iudex procedere nequit 73.5.
Indicia contra personas indignitate constitutas debent esse urgentiora 235.9.
Indiciorum copia non est delinquenti denegan-da 84.10.
Informationes extrajudicialiter adsumtæ non sufficiunt 95.12.
Informationes non solum de facto; sed etiam de

de persona delinquentis sunt adsumendæ ib.15.
Inquirendum cum celeritate ne spatium detur subornendi testes & deterrendi 88.caut.12.
Inquisitio quando est vel calumniosa; procurator admittitur 26.16.
Inquisitio requirit loci & temporis assignationem 122,1.
Inquisitio quomodo evitari possit 59.2.
Inquisitio hodie non est remedium extraordinarium sed ordinarium ib.6.
Inquisitio contra universitatem non valet, nisi ab inquisitore vel accusatore probatum sit eam deliquisse deliberato consilio 63.2.
Inquisitio alioquin est nulla, nisi de corpore delicti ante omnia constet 73.4.
Inquisitio nulla non convalidatur per testes postea receptos quibus delictū planè probatur ib.7.
Inquisitio etiam nulla invalidatur per subsequentem confessionem ib.8.
Inquisitio de conscientia Principis, vel ejus qui Principis loco est, non invalidatur etiamsi fama vel alia indicia præcesserint ib.10.
Inquisitio in auxiliatores ut subsistat quæ Iudici notanda 109.3.
Inquisitio per incantationem & sortilegia impia & nulla est 106.1.
Inquisitio inepta propter sequentem confessionem non convalidatur 119.10.
Inquisitio generalis quando transeat in specialem ib.3.
Inquisitio si nulla est Iudex tenetur ad expensas & de Syndicatu ut inquisitus absolvi possit ib.4.5.
Inquisitores caveant ne Carnifex cum solo reo loquatur 224.2.
Inquisitus quomodo sibi à malitiosis Iudicibus cavere possit 86.6.

Ins-

Insidiæ, quas Iudices injusti captis & forte iniquè tortis struere solent 155. 2.
Interrogationes criminales fiant à viris doctis & circumspectis 1. 3.
Iniquum est in causis quæ irreparabile damnum secum ferunt, reis beneficium appellationis adimere 265. 5.
Iudex ne credat confessionibus, nisi signis verificetur 259 2
Iudex inferior non potest facere ut à sententia sua non appelletur ad superiorem 268. 6.
Iudex quando excedit modum consuetum in torquendo tenetur à Syndicatu 267. 1.
Iudex quemquam sine legitimis indicijs subiiciens torturæ tenetur à Syndicatu 268. 1
Iudex in hoc casu assertionem suam ex instrumento notarij non potest probare ib. 8.
Iudex quando etiam ex legitimè torto confessionem blanditijs exigit reddit se de injusta tortura suspectum 269. 9.
Iudex quomodo caveat sibi ne in reatum Syndicatus incurrat 276. 5.
Iudex debet in scriptis interrogare, non ore tenus ib. 8.
Iudex si neglectis istis requisitis à socio delicti nominatum torturæ subiicit, totum processum reddit nullum 293. 9.
Iudex ab immanitate cruciatus cautè abstineat & cautè consueta tormenta imponat, ut evitet pœnam Syndicatus 299. 5.
Iudex an decretum de torquendo reo palam an ad locum ubi incipit ligari interponere debeat 265. 1.
Iudex an in Cadaver exequi possit 319. 9.

In-

Iudex monens reum ad dicendum veritatem reus vero respondendo neget principale delictum, præsumitur interrogasse super delicto principali 276.9.
Iudex variationem testium non curans scribi ad acta, punitur in Syndicatu 280.1
Iudex debet curare, ut ejus notarius, statim ex rei ore omnia ad acta scribat, quomodo variaverit vel trepidaverit ib.6.
Iudex dimittens carceratum fidejussoribus idoneis non tenetur de Syndicatu 148.1.
Iudex debet curare ut fidejussor permittat se quamcumq; condemnationem præstiturum etiam in instantia appellationis 150.
Iudex videre debet ne miseri inebrientur quando ad supplicium ducuntur 354.9.
Iudex quidam natura melancholicus, isto die quo homines trucidabat, cuilibet apparuit blandus 349.5.
Iudex cui morbus rei indicatur suis sumptibus medicum adhibeat 163.2.
Iudex à Commentariensibus designationem carceratorum delictorumq; specificationem singulis mensibus exigere debet 169.6.
Iudex pro delicto minorem imponens pœnam quam de jure debeat, quomodo puniendus 359.3.
Iudex, quæ debeat attendere, ne justiciæ precibus vel precio protestationes à furum Advocatis eliciendo, eludatur 361.3.
Iudex antequam ad capturam in templo accedat, sit bene informatus 174.5.
Iudex inquirere debet ex officio in innocentiam rei & judicia communicare ad defendendum etiam non petenti 195.6.
Iudex si non dederit copiam indiciorum debet puniri 196.6.
Iudex, reum torquens non præcedentibus Indicijs,

cijs, licet reus repertus sit crimen objectum commisisse ib. 5.
Iudex quidem potest desistere à tortura propter fragilitatem & periculum ejus, sed non sine sufficientibus indicijs torturæ modum excedere 184. 25.
Iudex qualitatem delicti personæ & tormentorum considerare debet 183. 13.
Iudex semper debet inclinare ad partem mitiorem 144. 20.
Iudex antequam ad torturam procedit primum debet pronunciare indicia ad torturam legitime esse probata & non elisa 196, 18.
Iudex hanc inter locutionem omittens tenetur de syndicatu 16, 19.
Iudex cavere debet ne reo porrigatur cibus suspectus, in quo incantationes possint esse contra tormenta. 214, 3.
Iudex in delectis enormibus promptior esse debet ad torturam, quam in alijs criminibus 234, 1.
Iudex propter fragilitatem torturæ diligenter etiam cum aliqua mora alias probationes investigare debet 234, 7.
Iudex summopere vitare debet ne reum fraude vel mendacio circumveniat. 248, 2.
Iudex apud versutos facinorosos citra deceptionem simulare & dissimulare potest. 249, 5.
Iudex qaomodo sententiam definitivam ad mortem rectè pronunciare debet. 322, 15.
Iudex intra mensem debet vel absolvere vel condemnare 332, 9.
Iudex latam sententiam corrigere non potest 348, 5.
Iudex ante sententiam pænæ pecuniariæ cognoscat an damnatus sit solvendus & quare 16, 4.
Iudicis pœna indebitè inquirentis 73, 9.

Iudi-

Iudicis arbitrium quale eſſe debet in natura indiciorum & torturæ 183.5.9

Iudici quæ bene ſunt notanda, tam contra Ideotas quam peritos 43.16.

Iudici adſerenti ſe reum ex antiquo delicto revocare non creditur, niſi mediante juramento 180.6.

Iudici potius in lenitate quam in ſeveritate convenit perſeverare 183.10.

Iudici nō licet reum promiſſione impunitatis vel aliis pollicitationibus, ad fatendum delictum allicere 245.1.

Iudici abſtinendum à cupiditate aliquem delinquentem pro actu meri imperij quæritandi 549.3.

Iudicem novo genere torquendi utentam non excuſat imperitia 299.7.

Iudices circa quæſtionem ex reo de ſocio criminis nominando communiter errant 293.3

Iudices tantæ impietatis exiſtunt, qui nova & crudeliſſima tormentorum genera excogitant 299.3.

Iudices quidam captis propter crimina atrociora advocatos cum injuria denegant 43.3.

Iudices caveant ſibi à cauſidicorum converſatione 29.2.

Iudex ſi ex ſola ſua ſcientia reum torturæ ſubjecit, dicitur injuſtè reum torſiſſe ib.7.

Iudex ſi rei variationem ilico ex ipſius ore ad acta ſcripſerit, eum & alijs indicijs non exiſtentibus torquere poteſt; caute tamen & prudenter in eo ſe gerat ib.8.9.

Iudex caveat ne damnatus cum temporali exitio æternè pereat 353.3.

Iudex ob inquiſitionem levium delictorum impugnari poteſt & tenetur parti vexatæ ad expenſas 53.3.

Iu-

Iudex procedere nequit, quando nulla sunt indicia ad inquirendum 73.5
Iudex promptior esse debet dando Advocatos in criminibus atrocioribus quam in vulgaribus 43.12.
Iudex ex officio solet inquirere 59.1.
Iudex ad inquisitionem progredi nequit, si parti offensæ non fuerit præfixus terminus ad accusandum ib.4.
Iudex propter negligentiam vel imperitiam tenetur 2.10.
Iudex tenetur audire procuratorem, qui dat nomina testium de innocentia rei examinandorum in capitali causa 39.
Iudex caveat sibi à Causidicorum conversatione 29.2.
Iudex non semper excusatus secundum consilium sapientum malè judicans 30.8.
Iudex non habens testes alios, quam denunciatores procedat per inquisitionem ex officio, ne tamen contaminet conscientiam 167.2.&3.
Iudex dubitans an crimen sic notorium tutius indicia communicat 94.10.
Iudex quomodo cautè procedat super notorio crimine ib.14.
Iudex ex causa potest diminuere pœnam 359.1.
Iudex in aliquem inquirere non potest nisi aliquid sit quod ei viam aperiat 118.1.
Iudex quomodo præcavere debeat ne in ejusmodi casibus teneatur de Syndicatu 131.3.
Iudex Carceratis potest favere ut tempore feriarum sub fidejussione relaxentur 141.9.
Iudex ut sine instantia exequi possit stipuletur pœnam apud acta 147.2.

Iudi-

Iudices imperiti vel occupati utantur consilio sapientum & fidelissimè actu conscribant 30,5.
Iudices Germaniæ in capitalibus sequentes consilium sapientum sunt extra periculum 31,11.
Iudices longè cautius in criminalibus quam in civilibus procedere debent 221,4.
Iudices cur non debeant esse faciles ad inquirendum ex cujusvis denunciatione 113,2.
Iudices si in causa criminali procuratorem admittunt, eam reddunt civilem 149,7.
Iudices admodum pie & humaniter faciunt, sibi referri curent de prospera vel adversa carceratorum valitudine 169,4.
Iudices ex officio reorum defensiones quærere tenentur, etsi reus omnibus defensionibus renunciaverit 184, 24, 25.
Iudices imperiti reos sæpe sine sufficientibus indicijs torturæ subijciunt confessionem delicti ex illis torquent & ex ea confessione eos statim damnare solent 195,1.
Iudices debent judicare secundum prudentiam humanam, cætera relinquendo judicio dei. 234, 19.
Iudices rigorosi, cum probatio bonæ famæ contra communem sentiat periculo syndicatus se exponunt 248,3.
Iudices condemnantes reos, quibus hæreditates erant obventuræ, antequam obveniant malè agunt causam fisci 331,1.
Iudicum novo termentorum genere utentium epitheta & Encomia 299,8.
Iudicum malitia in implicanids lestibus ad nocentem potius liberandum, quam ad innocentem injustè trucidandum, utuntur 126,3.
Iudicum quorundam errores, qui per divinationes & sortilegia reos ad torturam trahere solent 219,1.

Iudi-

Iudicijs criminalibus præfici debent viri sani judicij, religiosi prudentes &c. 1.9.
Iudicijs tamen hodie plerumq; Ideotæ & imperitissimi præficiuntur 1.7.
Iudæus damnatus si baptizetur à pœna liberatur; sed contrarium rectè suadet consuetudo 311.11
Iura territoralia quid 1.8.

L

Laqueò rupto in actu supplicij liberatur damnatus vel saltem executio differtur 322.12.
Laqueo rupto suspendendus nihilominus strangulari debet ib.18.
Laquei ruptio si pro miraculo esset habenda, frequentiora essent similia miracula & unde ib.20
Laudatur mos civitatum per suos Syndicos acta reportata & inspici & conferri curantium 30.7
Lex non præsumit occidisse ad necessariam defensionem, sed potius contrarium 253.4
Lex diffamari est securis omnium mendaciorum 117.2.
Lex diffamari in Civilibus & criminalibus sibi vendicat locum ib 3.
Lictores speciali mandato carentes, eo quod illud exspectent, delinquentibus sæpe concedunt spatium aufugiendi 167.2.
Lictoribus cives in quibusdam locis præsto sunt, ne delinquens aufugiat, perquem actum fama nequaquam labefactatur ib.4.5.
Litigatores plurima de causæ suæ justiciâ apud Advocatos inaniter iactitant. 17.11
Litigatores causâ deperditâ culpam in Advocatos reiiciunt sibi propter falsam facti adsertionem imputandam ib.12.
Locus & tempus delicti ut in accusatione, sic & in inquisitione debent adsignari & quando necesse est 122.1.& 2.4.

M

Magistratus vel Iudex ex sola ratione tuendi juris sui interdum inquirit 349.1
Magistratus minores cur etiam possit pœnam minuere & ex quibus causis 359.2.
Magistratibus ijs, qui superiorem recognoscunt, non competit ut in puniendo jura transgrediatur 235.12.
Mala fama sola non sufficit ad torturam 245.5.
Malæ famæ personæ, quæ triennium resipuerint, reservantur à tortura ib.2.
Malefici parum vel sæpè nihil sciunt de doctrina salvifiea & ibi exempla 353.5.
Mandatum in atrocioribus delinquentem non excusat 317.3.
Mandatum Tyranni delinquentem in foro conscientiæ non excusat ib.5.
Matrimonium est res sanctior, quam ut causam ex impunitate delicti trahere debeat 322.9.
Melius est pro veritate pati supplicium quam pro adulatione beneficium 314.5.
Merum Imperium penes Majestatem residet. 1.1
Merum Imperium competit Germaniæ Principibus jure superioritatis hæreditario 1.2
Merito de principe vel repub. interdum pœna remittitur vel minuitur 311.5.
Metuens accusationem ab hæredibus vel pupillis interfecti ex l. diffamari contra eos procedere potest 117.4.
Metuens accusari alium accuset 331.1
Metus ulterioris in carcere retentionis est major quam metus mortis 135.7.
Milities veniam delictorum impetrantes à Principe nihilominus Deum habent ultorem 66.5.
66.5.

Metus tormentorum tam diudurat, quam diu reus in carcere detinetur 25.9.
Militibus gratia quomodo impetranda omnium delictorum mox finito bello ib. 1.
Militibus remittuntur factæ extorsiones à Principe propter favorem pacis ineundæ ib. 2.
Mitigationis causa anni sententia exprimi debeat 359 4.
Modum excedens in torquendo, judex tenetur de Syndicatu 299. 1.
Mora inquirendi dat spatium subornandi & deterrendi testes 89. 1.
Mos liberandi ad supplicium damnatum & cardinali obviam redditum est rarus & in terris Imperij planè inusitatus 309 3.
Multi ultimo supplicio malunt affici, quam torturæ cruciatus sustinere 286 5.
Multi, qui sumpto cibo torquentur, eum & nonnunquam proprium sanguinem evomunt 214. 2
Muneribus Iudicij, qui moribus sunt integerrimi, præficiantur 49. 7.

N

Nemo præsumitur crimen capitale sponte confiteri 223. 5
Nemo ob crimen cujus pœna non est corpori afflictiva est torquendus 144 15
Nemo capiendus sine speciali mandato 167 1.
Nemo debet torqueri si veritas aliter haberi possit 134 5.
Nemo capis debet sine judicis informatione & indicijs 131 1.
Nemo se pro alio potest obligare ad pœnam corporis afflictivam 140. 3.
Nemo puniendus ut conservetur jurisdictio, sed ut malum de medio tollatur 349 6.

Nemini pateat aditus ad reum post confessionem ob periculum Iudex præ caveat 319.7.
Nimis severiter in criminalibus procedentes puniendi sunt sua Iurisdictione 184.21.
Nisi contra reum relaxatum nova & prioribus fortiora indicia extent, non est iterum coniiciendus in carcerem 180.4
Nobilis etiam in compedes coniici potest, si locus custodiæ parum est tutus & delictum atrox 175.3.
Nobilitatis aut alterius dignitatis privilegia, quæ reum à tortura eximunt, judicem in processu in enormibus delictis non debent remorari 235.8.
Notarius quid attendere debeat, ut evitet periculum falsitatis 223.3.
Notarius nisi jussu Iudicis scribat nihil probat 280.2.
Non est curanda stulta & sinistra vulgi de Advocatis causarum criminalium opinio 36.6.
Non ex conjecturis & leviculis indicijs nec in occultis & exceptis delictis ad torturam est convolandum 235.18.
Non habens in ære luat in corpore 348.1.
Non propter quodvis crimen leve delinquens in templo est capiendus 174.4.
Nullitates faciunt, ut etiam rei sontes liberari possint 2.17.

O

Officialis, cui carceratus non benè satis custoditus, conveniri potest super Syndicatu 134.1.
Officialium pravitas perstringitur 170.8.
Officiales sine indicijs torquentes vel modum excedentes, tenentur de Syndicatu 305.1.
Opinio Bartoli de carcerato dante fidejussores ante relaxationem, examinatur 135.2.

Omnis

Omnis causa injusta, propter quam reus est tortus, invalidat confessionem 196.16.

P

Pallor & trepidatio non faciunt indicium ad torturam 184. 14.
Pater delinquens, si judici à filio offeratur mitius est puniendus 308.2.
Pax quærenda est ab occisi propinquis 123.4.
Penes quem res furtiva reperitur, ad eum exstat indicium ad Torturam 273.1.
Persona egregia, quæ non atrox commisit delictum, honestiore debet loco custodiri quam vilis, vel quæ confessa, vel convicta est 157.2.
Personæ malæ famæ, quæ resipuerint triennium, releventur à tortura 245.2
Personarum, quæ propter privilegium quæstioni subiici prohibentur, & si torqueantur, confessio nulla est 196.9.
Pietas & honesta vivendi ratio nostro tempore viluit 353.4.
Pœna capitalis triplex 322.17.
Pœna corporalis infligi potest, non post sed ante sententiam pœnæ pecuniariæ 348.2.
Princeps ne donet bona imputatorum ante criminis probationem, nec donanda promittat, cum sit contra non auditum & in defensum exequi 49.1.& 2
Princeps reo non potest auferre defensionem ib.3
Princeps officia vel Magistratus non habeat venales ib.4.
Princeps malè donat bona rei in eventum confiscationis 339.1.
Principis gratia quando ad solam pœnam restricta sit 356, 1.
Principis gratia quando ad famam vitam & omnia extendatur ib. 2.

Principis gratia generalis militibus finito bello propter delicta in eodem perpetrata ad immanissima scelera non extendatur 66.3.
Principis mens in dubio talis esse præsumitur, qualis de jure esse debet ib.4
Principis conscientia in inquisitione requiritur, ut delictum sit atrox 74.11.
Principis lætitia vel festivitas publica prodest ad reos liberandos 322.3.
Principi a vitiorum contagine non tantum abstinendum; sed etiam officialium culpa est præstanda 2.14.
Principes fisco avarè non faveant, sed ei probos advocatos seligant 38.4
Principaliores Civitates sive consiliarij, non possunt puniri pœna mortis, nisi ob metum tumultus 314.6.
Privilegia nobilitatis aut alterius cujusdam dignitatis, quæ reum à tortura eximunt judicem in processu in enormibus delictis non debent remorari 254.8.
Pro excipiente contra socium criminis cautela 37 296.
Pro Fiscali, quando reus qualificate est confessus 297.38.
Pro marito uxorem adulterij accusaturo ut lucretur dotem cautel. 62.
Probatio veneficarum per aquam frigidam est mos in Germania pessimus & mera Diabolica lusio 227.1.
Probatio talis sæpe fallit, nec facit indicium ad torturam ib 2.3.
Probationes ad condemnandum debent esse luce meridiana clariores 183.2.
Procurator in criminalibus non admittitur nisi ut judici det secreto nomina testium de innocentia rei examinandorum 8.1.2.

Procurator quomodo in causa criminali possit comparere 13.1.
Procurator potest comparere pro citato qui ivit ad partes longinquas ib.2.
Procurator debet se offerre absentiam in continenti probaturum, quo non admisso à Iudice processus nullus erit ib.3.
Procuratores in tribus punctis non admittuntur 9.7
Promissio impunitatis confitenti à Principe facta est servanda 289.6.
Promissio an sit generalis an rei certæ, nec quibus verbis intervenerit mandatum, nihil interest 82 9.
Propter flagitia publica damnatus plerunq; epuduit 322.8.
Propter criminis atrocitatem jura licet transgredi, quomodo intelligatur 235.10.
Propter difficultatem notorij etiam periti titubant 102.1.
Propter mandatũ Tyranni pœna mitigatur 317.4.
Protestatio conservat jus protestantis 135.11.
Protocollum diligenter asservari oportet, ne quisquam ex eo quicquam rescisc at 224.3.

Q

Quæ requirantur ut judex possit mandare reum capi & adduci vel vivum vel mortuum 131.4.
Quæstio lacerat corpus & ipsa fere morte durior est, quod exemplis demonstratur remissive 183.6 7.
Quæstio est fragilis & periculosa, quæ veritatem fallit tam in crimine excepto quã vulgari 235.13
Qualitas & quantitas vulnerum, armorum genus & aliæ ad acta scribi debent circũstantiæ 69.1
Qualitatem delicti, Personæ & Carceris prudens Judex ante omnia considerare debet 157.2.

Quando proximo die flagitiosus est plectendus, cur tunc ad eum primum mittantur confessionarii 353.1.
Quando gratia principis ad solam pœnam restricta sit 356.1.
Quando contra reum est plena probatio ex qua potest definitive damnari, & nihilominus torquetur, ejus confessio nulla est 196.11.
Quilibet sciens se esse accusatum licet sit innocens, tamen propter metum carceris quærit fugam 217.2.
Qui semel justè sunt torti, si non existentibus novis indiciis iterum torqueantur, eorum confessio nulla est 196.7.
Qui in territorio Christianorum reperitur pro Christiano habendus præsertim in gravi Assassinij delicto 82.6.
Quicquid ex tortura illegitime adhibitâ sequitur, id nullum est 196.7.
Quid observandum quando procedit contra universitatem ut processus valeat 63.4.
Quid in inquisitione furti notandum, ne corruat 108.1.
Qui delinquentem ab Ecclesia extrahit, dat pœnam 20. librarum auri purissimi quod tamen in desuetudinem venit 174.1 &2
Qui capitaliter delinquentibus patrocinia præstant, sibimetipsis securitatem tollunt ib.8.
Quinctiliani monitio pro Advocatis ne eos fallat litis eventus 17.13.
Quomodo transigendum ne quis censeatur confessus 345.1.
Quomodo subveniendum ei qui metuit bona sua aliquando contra confiscatum iri 336.3.
Quomodo inquisitus super notorio debet conficere interrogatoria 102.6.
Quomodo cautè sit accusandus de falso, qui occulta-

cultaverit testimonium vel aliud instrumentum 115.2.
Quomodo capturã in tẽplo cautè sit faciẽda 174.6
Quomodo judex possit præcavere, ne excedat modum consuetum in tortura 267.2.
Quomodo judex possit effugere, ne damnum resarcire cogatur à subiecto torturæ præter legitima indicia 268.3.
Quomodo judex præcavere possit, ne reus instruatur ad confessionem revocandam 272.2.
Quomodo se gerere debeat officialis vel ejus superior, quando nemo contra eum tempore Syndicatus comparet 305.4.
Quorum in consecutione gratiæ Principis mentio facienda 342.6.
Quotidiè de delicto notorio loquimur & quid sit ignoramus 94.3.
Quotidie noviter emergentes casus faciunt ut materia criminalium plurimum æquo Iudicis arbitrio committatur 183.4.

R

Ratio, cur reus non possit torqueri si utilis est reipublicæ, quamvis legitima contra eum extent indicia 286.2.
Rationes contrariæ, quod gratia delicti non concedenda, qui uxorem ducit meretriciam 322.7.
Requisita in probatione famæ si non observantur, & reus nihilominus torquetur, extorta confessio est nulla 288.1.
Reus quomodo possit evitare torturam, si contra ipsum extent sufficientia indicia ad illam 244.1
Reus si millies delictum à se commissum esse negaverit, postea autem de eo legitimè convictus, ad sui defensionũ id fecisse, potest allegare 253.6
Reus furti quando videt contra se asportationis extare indicia quomodo evitet torturam 256.1.

Reus ex confessione per promissa elicita, non est condemnandus 249.3
Reus a minis Iudicum appellare potest 258.4.
Reus quando utilis est reipubl. torqueri non potest, quamvis legitima contra eum extent indicia 268.1.
Reus potest constituere procuratorem si delictum est impunibile 26.4.
Reus potest per procuratorem respondere ab alio judice incarceratas ib.1.
Reus quoad defendendum favorabilior 42.9.
Reus sponte se sistens præstitis fidejussoribus relaxatur, etiamsi de pœna corporis afflictiva agatur 141.21.
Reus ex carcere aufugiens non solum nova contra se indicia facit; sed etiam pro confesso & convicto habetur 155.3.
Reus postulante delicti gravitate, in ejusmodi carcerem includendus, ex quo cum nemine colloqui & de crimine palliando consultare possit 155.7.
Reus in morbo vehementi & lethali datis fidejussoribus etiam in delicto capitali relaxari potest 163.4.
Reus si fuerit tortus non existentibus indiciis, licet millies postmodum variaverit, tamen ex eo quod sit varius non potest torqueri. 264.3.
Reus si ex metu novi cujusdam perpetrati delicti aufugiat, fidejussor eum sistere, non tenetur 180.2.
Reus non est iterum conijciendus in carcerem si non contra ipsum relaxatum nova & prioribus fortiora extent indicia 180.4.
Reus torquendus est vel mitius vel gravius pro ratione delicti, personæ &c. ib. 18.
Reus immoderate tortus absolvi debet. 190.13.

Reus

Reus sponte se sistens diluit omnia indicia ad torturam sufficctura 215. 4.
Reus quando potest probare alium æque insimulatum crimen potuisse facere, evadit torturam ib.1.
Reus quando dicit se aufugisse ne ab occisi consanguineis offenderetur, num excusatio illa nominatur 217.3.
Reus an sponte vel ex metu confessus sit non creditur assertioni Notarij 213.4.
Reus quando tormenta non timet, cautela pro Iudice 229.3.
Reus furti nihilominus tamen effugit pœnam ordinariam 257.2
Reus quomodo judicium tollat 258.2.
Reus pendente appellatione non potest torqueri ib 5.
Reus in tortura super alijs delictis quorum non extant indicia, interrogari non potest 284.1.
Reus criminis nominando socium non facit indicium ad torturam 293.1.
Rei quæstioni subjecti si aliter veritas haberi potuit, confessio est nulla nisi tortura adhibita sit ad sciendum complices delicti 196 17.
Rei ut plurimum jurium imperiti discernere nequeunt, num legitime sint torti nec ne 269.8.
Rei fuga quando facit indicium ad torturā 217.1
Reo etiam non petenti de Advocato prospiciendum est 36.2.
Reo, qua die est torquendus neq; potus neq; cibus est dandus 214.1.
Reo si locus pro carcere assignatus est, dato fidejussore & discedit, tenetur fidejussor 177.2.
Reo doctior vel æque doctus Advocatus dandus 39.5.
Rei ita in carceribus sunt custodiendi ne de elabendo consultare jussit 319.

Rei pollicitationibus Iudicis inducti facile contra se mentiuntur 249.3.
Rei solent quædam recitare verba, dum ligantur, quibus dictis dormiunt in tortura & nihil sentiunt 229.4.
Reorum quorundam tanta est durities ut veritas ab illis tormentis exprimi non possit ib.1
Reis ex ratione naturali & legum Advocati non sunt denegandi 36.1.
Reis Advocati optimi dandi 42.1
Reis beneficium appellationis in causis, quæ irreparabile damnum secum ferunt, non est adimendum 265.5.

S

Salarium ex publico constituendum Iudicibus criminalibus 49.8
Sanguis vindictam clamat 55.2.
Sanguinis in cadavere ad interfectoris præsentiam effusioni an sit fidendum ib.4.
Satius est, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare 183 3.255.17
Satius est in clementia peccare quam in severitate 94.12.
Schedulæ notificationis sine nomine notificantis non sunt recipiendæ & quare 113.4.
Senes non tam duro carcere detinendi sunt, ut juvenes 157.4.
Sententiam latã judex non potest corrigere 348.3
Sententia à Sapientibus concepta simul ac lata est, plerunq; executioni mandatur 31.14
Si damnatus est, egregius miles, executio est differenda 311.4.
Si delictum est antiquum pœna imminuitur ib.5.
Signa & circumstantiæ recensentur quas judex pro ratione delicti indagare tenetur 260.3.
Similis culpa est, prohibita discere & docere 229.9

Si

Si quis in probatione necessariæ defensionis succumbit ille propter solam legispræsumtionem, non est torquendus 253.5.
Si gravitas delicti postulat judex reum in ejusmodi carcerem includat ex quo cum nemine colloqui potest 157.7.
Si plures sunt socij ejusdem criminis separatis carceribus sunt custodiendi ib.8.
Si delictum de nocte sit perpetratum & testis affirmat reum illud commisisse quid reus ejusq; advocatus observare debeant. 274.2.
Socius nisi deponat interveniente juramento præsente vel citato eo, contra quem deponit nullum facit indicium ad torturam 293.4.
Socius proponens aliquid contra alium fungitur vice testis 293.5.
Solemnitates Iuris civilis possunt tolli, quæ sunt juris naturæ 196.21.
Sola veniæ petitione nemo fatetur delictum & quando id obtineat 344 2.
Sortilegij indicia quidam opinantur sufficere ad inquirendum 106.1.
Sortilegos & incantatores qui consulit capitaliter est puniendus 229.9.
Sponte comparens alijs inquisitis fugam capessantibus dicitur absolvi 141.13.
Sponte comparens & delictum fassus gratiam impetrat 339.1.
Subornatio quomodo evitari possit 207.3.

T

Talis quis prima facie præsumitur, qualem eum indicant vestes 17.16.
Terror torturæ habetur pro torturæ gradu 249.8
Terror mortis est durior ipsa morte 211.5.
Testis dicens contenta in articulo esse vera vel simile non probat 78.5.

Testis dicens veritatem esse sicut alter testis deposuit non probat ib.17.
Testis Iuris ignarus si attestetur per verba facti & aliqualem descriptioné notorij sufficit 102.9.
Testis varians punitur 126.1.
Testis potest dicere, si aliter dicat, per oblivionem quam dixerit, se semper perseverare in prima depositione ib.8.
Testis petere potest ut sua prælegatur depositio ib 7.
Testis quando potest corrigere depositioné ib.6.
Testis deterior quam fama reperiri non potest 188.7.
Testis de visu deponens facit sufficiens indicium ad torturam 274.1.
Testis de actu aliquo noctis tempore facto deponens facile fallitur ib.3.
Testis unicus ut faciat indicium ad torturam, sit omni exceptione major 298 1
Testes qui nihil sciant de maleficio sunt examinandi 125.1.
Testes accusatoris examinandi sunt quos velit producere super innocentia reus ib.5.
Testes non deponunt de facili ad offensam 73.3.
Testes licet in dicto convenire videantur, tamen circumstantiæ varietatem afferre possuut 81.9.
Testes duo notorio probando sufficiunt 102.1.
Testes deponentes supra notorio debent scire ejus naturam ib.7.
Testes jndicum malitia implicandi 126.2
Testes absentes ad defensum nominantur, ut differatur sententia condamnatoria, quod quando obtineat 358.3.
Testes pro informatione curiæ assumpti debent repeti & ijs juramentum defertur reo præsente, alias judicium redditur nullum 196.20.

Te-

Testes sua deposita confirmantes in præsentia rei & Iudicis probant contra reum 207.2.
Tormentis novis utens præsumitur esse in dolo 299.1.
Tortus si asserat ex metu confessionem fecisse, judex vero eam spontaneam dicat, præsumitur pro torto 268.5.
Tortura in solitis instrumentis & tormentis facta est injusta 299.12.
Tortura præparatio est ad mortem & morte ferè durior 30.4.236.3.
Tortura gravior pœna est, quam utriusq; manus abscissio 185.8.265.4.
Tortura non fit ad probationem delicti sed ad personæ, quæ delictum commisit manifestationem 253.3.
Torturæ examen imperitis non est committendus 221.2.
Transactio cum offenso inita an faciat indicium ad torturam 209.1.
Transactio ut faciat ad torturam quid præcavendum ib.2.
Transactioni non usquequaq; confidit Iason ib.3
Trepidatio & pallem non faciunt indicium ad torturam 184.14.
Tutius est ab inquisitione levium delictorum abstinere 53.1.

V

Variatio rei facit indicium ad torturam 280.4.
Vbi conveniatur officialis post tempus Syndicatus 305.3.
Veneficarum per aquam frigidam probatio pessimus est mos in Germania & mera Diaboli elusio 227.1.

Vene-

Veneficij in crimine accusator si non probet qualitatem veneni, quod illud aptum fuerit ad occidendum, succumbit 206.1.
Veritas quomodo in personis sanguine vel alio amicitiæ nexu junctis, si per torturam elici non possit, eruatur 211.1.
Violatores carcernm qua pœna afficiendi 319.5
Vitam reis per torturam injustam judices iniqui adimunt & membra mutilant 280.4.
Vniversitatem quomodo dicatur ratificasse delictum 63.7.
Volenti nulla infertur injuria, quod tamen in delictis atrocioribus non est admittendum 141.6.7.
Vtrum quis sponte an vero invitus confessus sit solo animo confitens inhæret 268.7.
Vulnera an sint lethalia alij testes præter medicos & Chirurgos idonei ad probandum non admittuntur 69.6.
Vulnerum inspectio tutius alios testes requirit examinandos de varijs circumstantijs, quam artis peritos ib.9.

FINIS.